

S. AUGUSTINUS.

B. Kilian f.

SANCTUS AUGUSTINUS

Romano-Catholicæ Fidei

CONFESSOR

AC

DEFENSOR

SEU

Orthodoxa Fides, quam Romana hodiedum tenet, semperque tenuit Eccle-sia, viginti duobus maximè cum Acatholicis controversis articulis, ex Sancto Ecclesiæ Doctore

AUGUSTINO

succinctè quidem, sed clarè atque perspicuè proposita & exposita.


Per Adm. R. P. F. EUSTACHIUM DE ROSARIO

Ord. Prædicatorum SS. Theologiæ Magistrum

Permissu Superiorum & Sac. Cæs. Majest. Gratia & Privilegio.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,

Typis Simonis Uzschneider. Anno 1676.



REVERENDISSIMO, AMPLISSIMO, ET PRÆNOBILI DOMINO, D.

ERENBERTO,

Celeberrimi Monasterii Cremiphaniensis Ordin. S. Benedicti Abbati &c.

Sac. Cæs. Majestatis

CONSILIARIO,

Et Inclytorum Statuum Superioris Austriæ Deputato &c.

Domino meo Compatriotæ Gratioso.

EPISTOLA DEDICATORIA.

Reverendissime & Amplissime Præsul.

THesaurum parvum ex amplissimis ac ditissimis sanctissimi Ecclesiæ Doctoris D. Augustini

 fodi-

fodinis extractum ad manus tuas transmitto Rever. & Ampliss. Præsul. *Parvum dico quantitate molis, non virtutis, aurea namque D. Aurelii in has pagellas congesta est Controversias fidei huius temporis spectans doctrina, quam vel, ut aurum terræ Hevilath, quod teste Scripturâ Gen. 2. v. 12. optimum est, tam benevolo affectu spero ab* Amplissimâ *&* Reverendissimâ *Dominatione Tuâ suscipiendam, quàm justis titulis ego illam Amplissimo Tuo Nomini sacram volui ac debui. Annus siquidem agitur Jubilæus, videlicet vigesimus quintus, cùm è Prioratu Styrensi Patrum votis vocarer*

rer ad Augustanum, Cremiphanij placidissimæ ac piissimæ memoriæ Reverendissimum Dominum Antecessorem Tuum Placidum *conterraneum nostrum salutaturus divertebam, En! dum altero die Patrono Reverendißimi & Amplißimi piæ memoriæ Præsulis; scilicet S.* Placido *sacro, amica cum Reverendißimo, cui in Refectorio assidebam, miscebam alloquia, his me est affatus: Ecce Conterranee ibi habeo fratrem iterum Schongavio oriundum. Cui mox per famulum hisce fui congratulatus: Altissimus Reverendissimum canis beet in felici regimine annis, & faxit DEUS*

ut post hos vestra Charitas *ei in Prælaturâ succedat. Vota profectò non abiêre incassùm, & voventis affectui satisfecit eventus, nam 18. adhuc annis feliciter rexit* Placidus, *& post hos in Prælaturâ ei succedit ERENBERTUS. Nolim existimes* Præsul Amplissime, *me aut blandientis affectu, aut cæco amantis impulsu hæc elocutum: nam jam in virenti surculo contemplabar fructum, siquidem gravitas morum, maturitas judicij, comitas, benignitas, cæteraq; amplissimæ virtutes, ac dotes, in Reverendissimâ & Amplissimâ Dominatione Tua, jam tunc taliter emicabant, ut non vel-*

ut

ut vanus augur, sed maturè in causis præsagiens eventum, quòd futurum erat votis prænuntiaverim. Et quidem nec ad insipientiam mihi, nec Ordini, dum in te nobis maximus accrevit Patronus, ac fons jugi beneficiorum scaturigine profluus. Ita profectò ut amplissimis beneficiis non modò debitus sit hic meus Augustinus, sed vota & preces omnium. Præterea opusculum hoc Reverendissimæ *&* Amplissimæ Dominationi Tuæ *inscriptum voluit, zelus ipse Tuus, quo animarum salutem æstuosè sitis: neutiquam enim me latet, multos adhuc à Caulis Ecclesiæ in hæresum senticetis hinc & in-*

de in Superiori Austriâ delitescere oves scabiosas (quamvis per annos 6. quibus è suggestu in istis partibus ad populum verba feci non paucos reduxerim, non quidem ego sed gratia DEI mecum) quos dilectio Tua, pietatisque affectus salvas votis ardentißimis exoptat. Quorum saluti ut & ego non nihil consulerem hunc in breve Compendium Latino-Germanicum de modernis Fidei Christianæ Controversiis redactum veri, rectíque arbitrum ad aras Tuas appendi; ut inde velut ex alta specula ad multorum perveniret obtutum, ac ut tanto Patrocinio id tueretur ab invidorum

morsibus, quod pro plurium collectum est salute, quam diuturnam in secundo in terris regimine, & post annosos temporum decursus æternam in cœlis jugibus precibus & sacrificiis

Vovet ac exoptat

Reverendissimæ & Amplissimæ Dominationis Tuæ

Ratisbonæ 14. Mensis Aprilis 1676.

Servus humillimus in Christo

F. Eustachius de Rosario Ord. Præd.

Facultas

Rever.mi D. D. Ordinarii.

PRæsens Tractatus nec Fidei, nec moribus adversatur, proinde conceditur, ut juris publici fiat. Augustæ Vindel. Die 1. Febr. 1676.

Franciscus Ziegler, Vic.
Gen. Commissar.

Facultas Reverendissimi Patris Mag. Generalis.

F. Joan. Thomas de Rocaberti S. Theol. Professor & totius Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis & Servus, in Dei filio sibi dilecto Rev. Adm. P. Magistro F. Eustachio de Rosar. ejusdem Ordinis salutem.

Uti non possumus nimis multa comprobandæ veritati argumenta producere, licet in luce clarissima, id-

idque ob multiplex velamen positum super oculos Acatholicorum, studium tuum, quod nobis significasti, imprimis probamus, & harum serie Officiique nostri autoritate concedimus, ut opusculum polemicum cui titulum fecisti, S Augustinus Romano-Catholicæ Fidei Confessor & Defensor, possis in lucem emittere, postquam à Rev, Adm. P. Magistro F. Ambrosio Randing Regente Augustano, & Rev. P. Præsentato F. Dominico à Campo S. Theol. Eystadii Professore fuerit approbatum, & servatis reliquis servandis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. In quorum fidem hisce nostro sigillo munitis manu propria subscripsimus. Romæ 28. Decemb. 1675.

F. Ioan. Thom. de Rocaberti

(L.S.)

R. lit. G. pag. 136.


F. Leonardus Hansen Mag. Provincialis Angliæ.

FIdem eam genuinam & orthodoxam esse quam primis seculis Christi tenuit Ecclesia, nemo infitias ibit, nisi qui mox à tempore Apostolorum Petri fidem defecisse, & portas inferi adversus ædificatam in petra à Christo designata Ecclesiam prævaluisse, blasphema effutire lingua non formidaverit. Quam verô Christi Ecclesia prioribus seculis Fidem tenuerit à nemine melius certiusque cognoscere possumus quàm à Veteris Academiæ JESU Christi, qui iisdem seculis claruerunt, Doctoribus ac Professoribus, quos inter, cùm citra controversiam plurimùm emineat, S. Augustinus Hipponensis Episcopus, ea quæ ipse de Fidei doctrina scriptis reliquit, nemo Orthodoxæ fidei, adeoque salutis suæ amans, non affectuosè amplexabitur. Quare cùm ex collectis ab Adm. Reverendo & Eximio P. Mag. F. Eustachio de Rosario viginti duobus Articulis, hoc libello comprehensis, quos jussu Reverendissimi P. Magistri Generalis Ordinis Prædicatorum, diligenter relegi clarissimè appareat, in iis in quibus nuperi & etiamnum moderni Sectarii à Romana id est verè Catholica dissident Ecclesia, eandem fidem, sententiam, & doctrinam fuisse quam olim tenuit & hodiedum tenet semperq; tenebit Romano-Catholica Ecclesia, utilissimè eosdem articulos pro legentium bono & comodo libello hoc comprehensos, typis in lucem edendos censeo. Augustæ Vindelicorum 24. Aprilis 1676.

F. Ambros. Randing, Ord. Præd. SS. Theol. Mag. Regens Stud. Aug.

Cùm ex Comiſſione Rev. Patris Ioannis Thomæ de Rocaberti SS. Theol. Profeſſoris, ac totius Prædicatorũ Ordinis Magiſtri Generalis accuratè ſingularique induſtriâ perlegerim viginti duos Articulos, quos Adm. Rev. & Eximius SS. Theologiæ Magiſter P. Euſtachius de Roſario dexterrimè collegit ad numerum viginti duorum librorum S. Patris Eccleſiæ Doctoris Auguſtini de Civitate Dei, in quibus ex operibus eiusdem SS. Patris evidenter & clariſſimè probatur noſtra fides Apoſtolica Romano-Catholica: nihilque ab eâdem fide Orthodoxâ alienum aut bonis moribus contrarium invenerim, imò omnia eruditiſſimè exponi & prudentiſſimè concludi adverterim, ita ut Apoſtolicæ Romano-Catholicæ fidei profeſſoribus confirmandis, ab eaque errantibus reducendis plurimum prodeſſe poſſint; hos prelo meritò ſubjici & in lucem publicam dari cenſeo. Eyſtadii in Conventu SS. Apoſtolorum Petri & Pauli. Die 29. Februarii, Anno 1676.

F. Dominicus à Campo SS. Theolog. Præſentatus, & ejusdem in Conventu Eyſtadiano Ordinis Prædicat. Profeſſor Ordin.



Non fastuoso, nec fastidioso Lectori S.

UT neminem facilius à via aberrare, & in devia atque invia incidere contingit, quàm illum qui aut nulli, aut ignaro se credit viæ ductori; ita nemo incedit securiùs, nemo viæ terminum attingit certiùs, quàm qui fidum, ac viæ benè gnarum ductorem, haud segnis, pressis sequitur vestigiis. Quòd cùm in omnibus negotiis, in omni studio, in omni facultate locum habeat, tum vel maximè in doctrina Fidei Christianæ observatu quàm maximè necessarium est: nam Veritate teste *cæcus si cæco ducatum præstet ambo in foveam cadunt.* Gnarus itaque & fidus, ut præcipitia vites, in Fidei negotio quærendus & sequen-

Mat. 15.

quen-

quendus est ductor, non hodiernus, neque hesternus aliquis vitilitigator, aut magnicrepus blatero, sed sincerus, incorruptus, indubitatus prisci seculi nemini suspectus, omnibus venerandus Catholicæ veritatis Confessor, Professor, & Doctor. Et quis hunc, forsitan ais, in vitam revocet? quis hunc talem nobis, aut nos ipsi coram sistet? Nihil sollicitus sis. Non hîc opus Pythonissa Endoriana. Vivit etiamnum, semperque vivet in Orthodoxis Scriptis suis, sincerissimus, atque in omni Fidei Christianæ veritate & doctrina versatissimus Doctor, fidissimusque viæ ductor, quem si neutiquam claudicante gradu secutus fueris, securus esto, quòd à tramite revelatę divinitùs veritatis minimè deflectes. Fulgentissimum hic est Ecclesiæ lumen Divus Augustinus Hipponensis Episcopus, quem ne *unquam sinistræ su-*

1. Reg. 28.

In Epist. ad quosdam Galliæ Ep.

ſpicionis ſaltem rumor aſperſit, ſed tantæ ſcientiæ fuit ſicut meminit Cœleſtinus Pontifex, *ut inter magiſtros optimos etiam à ſuis ſemper prædeceſſoribus habitus fuerit,* utpote S. Proſpero teſte *præcipua ſuo tempore portio Domini ſacerdotum;* teſte D. Bernardo, *Validiſſimus malleus hæreticorum:* Siquidem ut ex Poſſid. in vita conſtat: Hæreticos perpetuò inſectatus eſt Auguſtinus, & coram, & ſcriptis, ac nullo loco paſſus conſiſtere; *totus* nimirum Caſſiodoro teſte *Catholicus, totus Orthodoxus, & in Eccleſia Domini ſuaviſſimo nitore reſplendens.*

In Epiſt. de grat. & lib. arbitr. ad Ruffinum.

Serm. 80. ſuper Cant.

In Prolog. in Pſalter.

Quòd nec Heterodoxi, etſi eum ſibi adverſari agnoſcant, negare audent. Nam qui olim, pro affectu ſuo, quòd ejus non ſuffragaretur ſententiæ, multiloquii ipſum arguere non eſt reveritus; Catholicum tamen permanſiſſe, fide integrum & vita purum confitetur. Sed & nuper præ-

Gennad. Maſſil. de ſcript. Eccl. cap. 35.

præcipuus Lutheranæ scenæ choragus Augustinum miraculis decoratum, judicii rectitudine ac fidei constantia præditum agnovit: *Ornatus* est ait *Augustinus miraculis quibusdam, expulit dæmones, & quosdam sanavit ægrotos; sed hæc sunt longè præstantiora miracula, successus in gubernatione, & hæc judicii rectitudo, & fidei constantia &c.* Quin & amplius aliquid Augustino Genevensium Archisynagogus tribuit, omnem ab ipso de justificatione antiquitatis doctrinam compendio traditam affirmans: *Neque enim opus est* (inquit) *investigando laborare quid veteres senserint, quando unus Augustinus sufficere ad id potest, qui fideliter magnaque cum diligentia omnium sententias collegit.* Alius ejusdem cum his farinæ, idquoque fatetur quod Pelagianæ hæresi & alteri *paulò antiquiori Manichea* (quidni & Luthera-

Phil. Melanchton in declam. de S. Aug.

Calv. Lib. 3. Instit. c. 3.

Ioan. Papp. in Epit. Histor. Eccl.

næ & Zwinglianæ & Calvinianæ) *refutandæ divinitùs excitatus fuit* D. AURELIUS AUGUSTINUS Hipponensis in Africa Episcopus. Imò verò quòd meritò suspiciendum, in Veteri Academia JESU Christi recenter apud Lutheri asseclam inter priscos veræ pietatis Doctores & Professores non solum locum Augustinus obtinet, sed & *Christianus Vlysses, qui in propagatione fidei omnibus laboravit, & vix cuiquam in vitæ sanctitate cessit, magnus eruditione, maior humilitate, duabus quasi incomparabilibus gemmis* PIETATE & ERUDITIONE à DEO exornatus audire meretur.

Theophil. Spizel. in Vet. Acad. Iesu Christi pag. 163. & seqq.

Quis ergô Christianum hunc Ulyssem in fidei pietatisque negotio ductorem habere non desideret? quis Augustinum è vestigio obsequentissimè sequi recuset? Nemo sanè, si salutis suæ amans sit, si errorum præcipitia

vi-

vitare, si securus Orthodoxæ veritatis tramitem inoffenso pede tenere exoptet.

Verùm cum ex Heterodoxis tantæ impudentiæ, tantæque perversitatis reperiantur qui veræ Orthodoxum, verè per omnia Catholicum hunc Ecclesiæ Doctoré, quâ vi, quâ fraude, suarum, hoc est Acatholicarum, seu Lutheranarum, seu Calvinisticarum partium, facere moliantur, idque iis verborum technis vulgo suadeant ut & rudioribus multis persuadeant, operæ pretium me facturum existimo si Augustinum Romano-Catholicæ fidei sincerum Confessorem, strenuumque Defensorem exhibeam. Nam ut annis ferè abhinc vigintiquatuor, dum Augustæ Vindelicorum indignus Priorem agerem, experientia didici, ita validè quibusdam è plebe Acatholicis persuasum est se cum Augustino, & Augustinum cum

ipsis

ipsis sentire, ut nihil certius nihil minus dubium arbitrentur. Cùm enim præcipui cujusdam Augustani mercatoris minister, mercium æstimandi quàm veritates Fidei discernendi peritior, cum adolescente aurifabro, quē à Catholica fide & Ecclesia, in qua educatus erat, abducere nitebatur, me conveniret, ac sermone incidente de numero Sacramentorum, dicerem, Lutheranos juxta sua principia, ex solâ nimirum S. Scripturâ, uti promittere solent, nec unum, nec duo, nec tria Sacramenta probare posse; Catholicos verô, juxta sua principia, præsupposito fundamento Scripturæ, ex Traditione & SS. Patribus efficaciter septem Ecclesiæ Sacramenta convincere; mox ille nihil hæsitans, stipulato promittebat, se relicto Lutheranismo, Catholicam Religionem amplexurum, si ei ex D. Augustino septena

ptena Ecclesiæ Sacramenta probarem. Accepta conditione, trinis ad populum concionibus, id quod Lutheranus impossibile fore credebat, Deo opitulante abundè præstiti, clarè, irrefragabiliterque ex unius Augustini scriptis probavi septem, quæ in Ecclesia Catholica administrantur, à Christo Domino nostro instituta Sacramenta, hominemque ut promisso staret seriô admonui atque hortatus sum, ne vindicem in se DEI provocaret manum. At ille salutaria monita floccipendens, dum Augustinum non audit, nec fidem præstat, citò nimis contemptæ Religionis dat pœnas: vix enim triduo elapso in hypocausto domus suæ fortuitò crure fracto, in lectum dejicitur, nec multò post in sepulchrum.

Nequis itaque simili Heterodoxorum fallaci persuasione seductus, Sanctissimo sapientissi-

moque Ecclesiæ Patri, qui inter optimos semper Magistros, totus Catholicus, totus Orthodoxus in Ecclesia Catholica habitus fuit, eandem injuriam irroget, ex Orthodoxo Heterodoxum, ex Catholico Acatholicum, ex dispensatore strenuo (ut eum appellat Ecclesia) vecordem dissipatorem, ex cive fidelissimo infidum transfugam, proditorem ac hæreticorum fautorem fingat faciatve, viginti duos (tot scil. numero quot ille libros de Civitate DEI, nuper à quodam Lutheri sectatore in vernaculam nostram translatos, conscripsit) maximè controversos, ex ipsius Operibus collectos, hoc libello exhibeo Articulos, ex quibus cordatus lector Augustinum Romano-Catholicæ Fidei sincerissimum agnoscat Confessorem, strenuissimum Defensorem, fidissimumq; Do-


cto-

ctorem ac Ducem, quem quisquis non in dolo, non in utramque partem claudicando sequi voluerit, eum nunquam à recto Fidei tramite aberrare aut minimum contingat deflectere.

Protulere hos quidem Articulos dudum quoque alii, ut Joannes Pesselius Tilanus Ordinis Prædicatorum per Teutoniam Provincialis, addito ad Epitomen Operum D. Augustini Tom. 4. de Sacramentis sub annum Domini 1539. Hieronymus Torrensis Soc. Jesu ann. 1568. edita Confessione Augustiniana, aliique passim in Scriptis suis Polemicis; at quia vel grandiora, vel rariora eorum sunt Opera, ut non ita facilè cuivis in promptu & ad manum esse possint, eorum bono & commodo, quibus non incerto vagari itinere, sed duce Augustino in tutam viam salutis redi-

re

re animus est, exiguo hoc eos libello, qui nulli gravis, nulli non in promptu esse possit, complexus sum. Quod tu non fastidiose lector boni consule, & siquidem tibi aut alteri usui aut commodo sit DEUM in sancto Augustino lauda, venerare, glorifica.




Vigin-



Viginti duo Articuli ad numerum viginti duorum librorum Sancti Patris Ecclesiæ Doctoris Augustini de Civitate Dei: in quibus ex operibus ejusdem Sanctissimi Doctoris evidenter & clarissimè probatur nostra fides Apostolica Romano-Catholica.

ARTICVLVS I.

Veram DEI Ecclesiam Catholicam dici, eò quòd per universum orbem diffusa sit.



Uamvis non levi conatu moliti sint Hæretici Catholicorum nomen sibi adsciscere, id tamen adnisi sunt vano & irrito conatu: cùm sola illa Ecclesia dici possit Catholica, ut disertè docet S. Augustinus, quæ per totum terrarum orbem est diffusa; nulla autem hæresis virus suum in universas evomere potuit mundi pla-

plagas. Audi prænominatum S. „Patrē. Ecclesia (inquit) Mater, „Ecclesia Sponsa Christi est, gra-„tiâ ejus dealbata, pretioso san-„guine ejus dotata. Totum pos-„sidet quod à viro suo accepit „in dote. Lego tabulas matri-„moniales ejus, recitabo. Audi-„te Hæretici quid scriptum sit:

Luc. 24. 47 *Oportebat Christum pati & resurgere à mortuis & prædicare in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes.* Omnes gentes totus mun-„dus est. Ecclesia totum possi-„det, quod à viro suo accepit in „dote. Quæcunque Congrega-„tio cujuslibet hæresis in angu-„lis sedet; concubina est, non „matrona. O Hæresis Arriana „quid insultas, quid exsufflas, „quid etiam ad tempus multa „usurpas? Injuriam à te patitur, „domina ab ancillâ, multas ei „ingeris contumelias, licet hæc „doleat, non te magna metuit

Ecclesia dicitur Catholica quia totū mundū occupat.

Hæreses in angulis latent.

Spon-

„ Sponsa Christi sancta Catholi-
„ca. Cum enim respexerit ille
„Sponsus, ejicieris tu, ut ancilla
„cum filiis tuis, quoniam non e-
„runt hæredes, filii ancillæ cum
„filiis liberæ. Cognoscatur una
„Sancta & vera Regina Catho-
„lica, cui Christus regnum tale
„dedit, quod eam per totum
„mundum diffundens ab omni
„maculâ & rugâ mundans, totá
„pulchram suo adventu præpa-
„ravit. Hæc nullo aut minutis-
simo mutato verbo Ecclesiæ Do-
ctor tom. 9. de Symbolo, lib. 4.
cap. 10. ex quibus tibi maximè
profuturam facito argumenta-
tionem. Si Doctorum maximus
Augustinus Arrianorum Eccle-
siam non Christi esse Sponsam,
sed Concubinam judicavit, eò
quod haud in omnes gentes dis-
seminata sit, quid de Lutheranâ,
quid de Calvinisticâ æstimandũ
est? quæ nullâ ratione aut am-
plitudine, aut populorum fre-

Minus Lutheranorũ & Calvinistarum Congregatio est Catholica quã Arrianorũ.

quentiâ Arrianæ est conferenda, nunquid habenda est pro Sponsâ? nequaquam sed pro Concubinâ.

Tom. 7. contra Gaudent. lib. 3. cap. 1. sic loquitur S. Augusti-
„nus: Quòd Græcè ὅλον dicitur.
„Latinè, totum seu universum,
„interpretatur. Per totum ergò
„sive secundùm totũ est καθ ὅλον,
„unde Catholica nuncupatur.
Hinc Tom. 10. de Temp. Serm. 131. scribit. Sanctam Ecclesiam
„Catholicam. Catholicam dicit
„toto orbe diffusam, quia hære-
„ticorum Ecclesiæ ideò Catho-
„licæ non dicuntur, quia per su-
„as quasque provincias conti-
„nentur; hæc verò ab ortu usque
„ad occasum, unius fidei splen-
„dore diffunditur.

Tom. 9. in Evangel. Joannis Tract. 118. sic sanctus discurrit:
„Quadripartita vestis Domini
„Nostri Jesu Christi quadripar-
„titam figuravit ejus Ecclesiam,
toto

Quadripartita vestis Christi Ecclesiã per

„toto ſcilicet, qui quatuor par- *quatuor orbis partes diffuſam ſignificat.*
„tibus conſtat, terrarum orbe
„diffuſam, & omnibus ejusdem
„partibus æqualiter, id eſt, con-
„corditer diſtributam. Propter
„quod alibi dicit. *Miſſurum ſe* *Matth. 24. 31.*
Angelos ſuos, ut colligant electos
eius à quatuor ventis; quod quid
„eſt, niſi à quatuor partibus
„mundi, Oriente, Occidente, A-
„quilone & Meridie? Tunica ve-
„rô illa ſortita, omnium partium
„ſignificat unitatem, quæ chari-
„tatis vinculo continetur.

Sed audi S. Auguſtinum adhuc efficaciùs probantem veram Dei Eccleſiam è Scripturis: Nolo, inquit Tom. 7. de unit. Eccl. „c. 3. humanis documentis, ſed „divinis oraculis ſanctam Eccle-„ſiam demonſtrari. Si enim ſan-„ctæ Scripturæ in Africâ ſolâ de-„ſignaverunt Eccleſiam, & in „paucis Romæ Rupitanis & „Montenſibus, & in domo vel „patrimonio unius Hiſpanæ mu-

„lieris, quidquid de chartis aliis „aliquid proferatur, non tenent „Ecclesiam nisi Donatistæ. Si in „paucis Mauris Provinciæ Cæ-„sariensis eam sancta Scriptura „determinat, ad Rogatistas tran-„seundum est. Si in paucis Tri-„politanis & Byzacenis & Pro-„vincialibus, Maximinianistæ ad „eam pervenerunt. Si in solis O-„rientalibus, inter Arrianos & „Macedonianos & Eunomia-„nos, & si qui illic alii sunt, re-„quirenda est. Quis autem pos-„sit singulas quasi hæreses enu-„merare gentium singularum? „si autem Christi Ecclesia, Cano-„nicarum Scripturarum divinis „& certissimis testimoniis in o-„mnibus gentibus designata est, „quicquid attulerint & unde-„cunque recitaverint, qui dicũt: *Ecce hic est Christus, ecce illic*; „audiamus potius, si oves ejus „sumus, vocem pastoris nostri „dicentis: *Nolite credere*: Illæ

Matth. 24. 23.

quip-

„quippe singulæ in multis genti- *Ecclesia ubique est, etiam ubi hæreses inveniuntur non autem contrà.*
„bus, ubi ista est, non inveniun-
„tur. Hæc autem quæ ubique
„est, etiam ubi illæ non sunt, in-
„venitur. Quæ verissimè de Lu-
theranis, Calvinistis aliisque hu-
jus temporis hæreticis dici pos-
sunt. Hi enim in certis regioni-
bus latitant, & unica nostra Ro-
mano-Catholica Ecclesia per to-
tum mundum in omnes gentes
ab Apostolis, eorúmque Succes-
soribus secundùm verbum &
promissionem Christi propagata
est. O Donatistæ, pergit Aug.
„ibidem cap. 6. Genesin legite *Genes. 22. 16. 17. 18*
(idem objici potest Lutheranis.)
Per memetipsum juravi, dicit Dominus: quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filiò tuo unigenito propter me: benedicam tibi & multiplicabo semen tuum sicut stellas, & velut arenam, quæ est in littore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes

gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Et paulò pòst. Ecce testa-
Ad Gal. 3. 15. ,,mentum Dei, aperite aures. *Hominis,* inquit Apostolus, *confirmatum testamentum nemo irritũ facit, spernit aut superordinat.* ,,Quare vos irritum facitis testa-
,,mentum Dei, dicendo, nec in
In omnibus gentibus debet esse vera Ecclesia. ,,omnibus gentibus esse com-
,,pletum, & periisse jam de gen-
,,tibus, in quibus erat semen Ab-
,,rahæ? Quare subordinatis di-
,,cendo, in nullis terris hæredem
,,permanere Christum, nisi ubi
,,potuerit habere cohæredem
,,Donatum? non invidemus ali-
,,cui: legite nobis hoc de lege, de
,,Prophetis, de Psalmis, de ipso
,,Evangelio, de Apostolicis lit-
,,teris. Quàm multa & quàm
,,manifesta sunt testimonia in
,,Prophetis (superaddit Augusti-
,,nus,) Ecclesiæ per omnes gen-
,,tes toto orbe terrarum diffu-
,,sæ. Legantur in Propheta: ex
Psal. 2. 7. ,,Psalmis (scribit 8. cap.) audia-
mus

mus pauca. *Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te, postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & possessionem tuam fines terræ.* Quis Chri-
„stianus unquam dubitavit hoc
„de Christo esse prædictum, aut
„hanc hæreditatem aliud quam
„Ecclesiam esse intellexit? Et
„post pauca. *Commemorabuntur* Ps. 21. 29.
& convertentur ad Dominum universi fines terræ. Et adorabunt in conspectu eius universæ familiæ gentium. Quoniam Domini est regnum & ipse dominabitur gentium.

Audiamus & vos Lutheranos, quas gentes à Paganismo ad fidem Christianam convertistis? Heus audite, quàm disertè quàm sincerè verbi vestri ministerium, in propagandâ Ecclesiâ conatum eleganti calamo depingat Tertullianus lib. de præscriptionib. cap. 4: sic dicens: De verbi ad-
„ministratione quid dicam? cùm

gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Et paulò pòst. Ecce testa-
Ad Gal. 3. 15. „mentum Dei, aperite aures. *Hominis*, inquit Apostolus, *confirmatum testamentum nemo irritũ facit, spernit aut superordinat.* „Quare vos irritum facitis testa„mentum Dei, dicendo, nec in
In omnibus gentibus debet esse vera Ecclesia. „omnibus gentibus esse com„pletum, & periisse jam de gen„tibus, in quibus erat semen Ab„rahæ? Quare subordinatis di„cendo, in nullis terris hæredem „permanere Christum, nisi ubi „potuerit habere cohæredem „Donatum? non invidemus ali„cui: legite nobis hoc de lege, de „Prophetis, de Psalmis, de ipso „Evangelio, de Apostolicis lit„teris. Quàm multa & quàm „manifesta sunt testimonia in „Prophetis (superaddit Augusti„nus,) Ecclesiæ per omnes gen„tes toto orbe terrarum diffu„sæ. Legantur in Propheta: ex
Psal. 2. 7. „Psalmis (scribit 8. cap.) audiamus

mus pauca. *Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te, postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & possessionem tuam fines terræ.* Quis Chri-
„stianus unquam dubitavit hoc
„de Christo esse prædictum, aut
„hanc hæreditatem aliud quam
„Ecclesiam esse intellexit? Et
„post pauca. *Commemorabuntur* Ps. 21. 29.
& convertentur ad Dominum universi fines terræ. Et adorabunt in conspectu eius universæ familiæ gentium. Quoniam Domini est regnum & ipse dominabitur gentium.

Audiamus & vos Lutheranos, quas gentes à Paganismo ad fidem Christianam convertistis? Heus audite, quàm disertè quàm sincerè verbi vestri ministerium, in propagandâ Ecclesiâ conatum eleganti calamo depingat Tertullianus lib. de præscriptionib. cap. 4 sic dicens: De verbi ad-
„ministratione quid dicam? cùm

Hæretici nō convertunt infideles, sed fideles pervertunt. „hoc sit negotium illis non Eth„nicos convertendi, sed nostros „evertendi: hanc magis gloriam „captant: si stantibus ruinam, „non si jacentibus elevationem „operentur, quoniam & ipsum „opus eorum, non de proprio „suo ædificio venit, sed de veri„tatis destructione, nostra suf„fodiunt, ut sua ædificent.

Verùm ad Augustinum nostra redeat oratio, qui unus è Patribus sufficientiam plenissimam nobis præstat loco cit. & sic per„git: Nonne Apostolus de præ„dicatoribus novi Testamenti „dictum exposuit, quod scriptum
Rom. 10. est: *In omnem terram exivit sonus*
Psal. 18. 5. *eorum, & in fines orbis terræ verba eorum?* De quo alio nisi de
Psal. 49. 1. Christo intelligitur. *Deus Deorum Dominus locutus est, & vocavit terram à solis ortu usque ad occasum: ex Sion species decoris e-*
Psal. 72. 8. *ius?* Et iterum: *Dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine*

usque

usque ad terminos orbis terræ. A „flumine utique, ubi eum Spiri„tus sanctus in columbæ specie „& vox de cœlo manifestavit. „Deinde sequitur : *Coram illo procident Æthiopes, & inimici eius terram lingent, Reges Tharsis & insulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes servient ei.* Qui Lutherani servierunt Christo in Æthiopiâ, seu in Arabiâ, in qua olim Catholici tot centenos habuerunt piissimos Eremicolas, numerent suos Lutheranos Reges Tharsis, Arabum & Saba, profectò nec unicum invenient. Proinde illorum Ecclesia nunquam fuit in illis Regionibus, & hinc nec est Catholica. Qua fronte ergò & quo titulo nobis Romano-Catholicis nomen Catholicorum temerè aufferre conamini: cùm manifestissimum sit nos ampliora Christiani orbis

Lutherani non sunt Ægyptum seu Arabiam aliasq; dissitas regiones ingressi.


 ad-

adhuc ſpatia poſſidere, quocunque veſtrûm? Et quidem ea quæ poſſidetis non à Paganorum ſenticetis expurgâſtis, ſed à nobis expurgata, fidei & morum amœnitate conſita, ut ante loquebatur Tertullianus, evertiſtis.

Verùm cohibeat calamum Tertullianus, & ſaxa loquentur. Quid quæſo templa pleraque, quæ frequentatis, altaria quæ oculis veſtris cernitis, monimenta & ſtatuæ à Majoribus veſtris erectæ evangelizant aliud, quàm nos Romano-Catholicos hæc omnia loca incoluiſſe, è quibus nos contra jura divina & humana, contra piorum veſtrorum Anteceſſorum voluntatē, expuliſtis? Ubi Eccleſia Veſtra apparet in Africâ? quis veſtrorũ verbi miniſtrorum Evangelium diſſeminavit in Aſiâ? quotas numeratis in Hiſpaniâ? profectò tractus ille terræ exiguus, quem quilibet è veſtris cœtibus ſolus occupat;

qua-

qualis est v. g. Lutheranorum, quibus plurimi Calvinistæ aurarũ Sectarum cultores admixti sunt, si comparetur cum reliquo Christiano orbe, angulus apparebit. Adeoque angularem & coarctatis limitibus circumscriptam habetis Ecclesiam, minimèque Catholicam, id est, per totum mundum & secundùm promissionem Christi per omnes gentes propagatam. Ex quo manifestissimè deducitur Ecclesiam Vestram utpote minimè Catholicam, neutiquam veram esse Ecclesiam ac legitimam Christi Sponsam, adeoque in ea nec invenienda, nec speranda salus, ut ex Aug. sequenti Articulo probabitur.



ARTICVLVS II.

Extra Ecclesiam Romano-Catholicam nullus salvari potest.

NUllum tam perversum fulgentissimum mundi oculum conspexisse reor, qui etiam in malitiâ suâ beatitudinem non quæreret, omnes summo beatitudinis tenemur desiderio. Sed eheu! quis sufficientibus lachrymis deplorabit hominum miseram sortem, qui non modò ab honestate vitæ, morum integritate, piorum operũ exercitiis, quibus nobis beatitudinem comparamus, sed etiam ab unâ beatitudinis & salutis januâ, quæ est Romano-Catholica Ecclesia desciverunt. Unâ dixi, quia extra illam, nullam reperire est, in qua, ut superiùs dixi, aut speranda aut invenienda salus, teste S. Aug. Et ne morer, illustriora loca tibi adduco. Tom. 2. Epist. 152. ad

po-

populum factionis Donatianæ, sic scribit: Quisquis ab hac Ec-
„clesia Catholica fuerit separa-
„tus, quantumlibet laudabiliter
„se vivere existimet, hoc solo
„scelere, quòd à Christi unitate
„disjunctus est, non habebit vi-
„tam, sed ira Dei manet super
„eum. Tom. 10 de Temp. Ser. *Non est verus Christianus, qui non est in Catholicâ Ecclesiâ.*
181. qui est in Vigilia Pentecost.
Ser. 1. c. 12. sic pulchrè Sanctus
discurrit: Quisquis ille est, &
„qualiscunque ille est, Christia-
„nus non est, qui in Christi Ec-
„clesia non est. Sola quippe est,
„per quam sacrificium Dominus
„libenter accipiat. Sola quæ pro
„errantibus fideliter intercedat.
„Unde etiam de agni hostia Do-
„minus præcepit dicens: *In unâ domo comedetis, nec efferetis de carnibus eius foras.* In una nam- *Exod. 12. 46.*
„que domo agnus comeditur, *In hâc solùm Deo sacrificium placet.*
„quia in una Catholica Ecclesia
„vera hostia Redemptoris im-
„molatur. De cujus carnibus di- *Matth. 7.*
vina

„vina juſſio efferri foras prohi-
„bet, quia dari ſanctum canibus
„vetat. Sola eſt, in qua opus bo-
„num fructuosè peragitur, unde
„mercedem denarii, non niſi,
„qui intra vineã laboraverunt,
„acceperunt. Sola eſt, quæ intra
„ſe poſitos valida charitatis
„compage cuſtodit. Unde & a-
„qua diluvii arcam quidem ad
„ſublimiora ſuſtulit, omnes au-
„tem, quos extra arcam invenit,
„extinxit. Sola eſt, in qua my-
„ſteria ſuperna veraciter con-
Exod. 33. 21. „templemur. Unde ad Moyſen
„Dominus dicit: *Eſt locus apud me & ſtabis ſupra petram* Et paulò pòſt: *Tollam manum meam & videbis poſteriora mea* Quia enim
„ex ſola Catholica Eccleſia veri-
„tas conſpicitur, apud ſe eſſe lo-
„cum Dominus perhibet, de
„quo videatur. In petra Moyſes
„ponitur, ut Dei ſpeciem con-
„templetur, quia niſi quis fidei
„ſodalitatem tenuerit, divinam
præ-

„præsentiam non agnoscit. Avelle (*hæc verba citat etiam S. Aug. ex Cypriano tom. 7, contra Crescon. lib. 2. cap. 21.*) Avelle „radium solis à corpore, divisionem lucis unitas non capit. „Frange ramum ab arbore, fru„ctus germinare non poterit. A „fonte præcide rivum, præcisus „arescit. In his ergò Cypriani „verbis intelligimus lucem non „capere divisionem, sicut in san„ctis regno Dei prædestinatis, „qui dividi ab Ecclesia nullo „modo possunt: & non germi„nare ramum fructum salutis „æternæ germine, accipimus. „Ariditatem verò rivi à fonte „præcisi, in eo quod Spiritu san„cto vacuantur, qui ab unitate „separantur, agnoscimus.

Cyprianus de simplicitate Prælatorum.

Extra Ecclesiam nullus fructificat.

Tom. 9, lib. 4. de Symb. ad Catechum cap. 13. hæc scribit: Si quis absque Ecclesia inventus „fuerit, alienus erit à numero „filiorum. Nec habebit Deum

Pa-

„Patrem, qui Ecclesiam noluerit habere Matrem.

Tom. 7. Sermone super gesta cum Emerito Donatistarum Episcopo ultra medium ita perorat Augustinus: Salutem non „potest habere, nisi in Ecclesia „Catholica. Extra Ecclesiam to„tum potest præter salutem, po„test habere honorem, potest „habere Sacramentum, potest „cantare Alleluja, potest respon„dere Amen, potest Evangelium „tenere, potest in Nomine Pa„tris, & Filii, & Spiritus sancti fi„dem habere, & prædicare, sed „nusquam nisi in Ecclesia salu„tem poterit invenire. Videte ergo O Lutherani, an non umbram sectemini, dum Sacramenta, dum fidem SS. Trinitatis, dum decantatum vobis verbum Domini in Ecclesia vestra ita magnificatis, ecce quomodo nec fides, nec Evangelium, nec omnia alia secundùm Augustinum in aliquam

Nec Evangelium, nec fides prosunt ad salutem extra veram Ecclesiam.

liquam æternæ salutis spem vos accendere valeant, nisi veræ, hoc est, Romano-Catholicæ Ecclesiæ colla submiseritis. Nam ad ipsam „salutem ac vitam æternam ne- „mo pervenit, ait Augustinus, tom. 7. de unit. Eccles. cap. 16. circa medium, nisi qui habet ca- „put Christum; habere autem „caput Christum nemo poterit, „nisi qui in ejus corpore fuerit, „quod est Ecclesia. Unde subsu- mit Africanus Doctor tom. 7. contra litteras Petil. lib. 2. cap. 8. dicens: Nec (Hæretici) putan- „di sunt esse in Christi corpore, „quod est Ecclesia, quia Sacra- „mentorum eius corporaliter „participes fiunt. Illa enim & in „talibus sancta sunt, & eis indi- „gnè tractantibus & sumentibus „ad majus judicium valebunt. „Ipsi autem non sunt in illa Ec- „clesiæ Christi compage, quæ in „membris Christi per connexum „& contactum crescit in incre- men-

In Christo non est, qui non est in eius Ecclesia.

„mentum Dei. Illa quippe Eccle-
„sia in petra est, sicut dicit Do-
„minus: *Super hanc petram ædi-*
Matth. 16. 18. *ficabo Ecclesiam meam.* Illi autem
„in arena ædificant, sicut idem
„Dominus dicit: *Qui audit ver-*
Matth. 7. 26. *ba mea & non facit ea, simulabo*
eum viro stulto, qui ædificat domum
suam super arenam. Sed ne putes
„Ecclesiam, quæ in petra est, in
„una parte esse terrarum & non
„diffundi usque ad fines terræ,
„audi ejus vocem de psalmo ge-
„mentis inter mala peregrina-
„tionis suæ; ait enim: *A finibus*
Psal. 60. 3. *terræ ad te clamavi, dum anxia-*
retur cor meum, in petrâ exaltâsti
me. Tom. 7. de unit. Eccl. cap.
4. habet hæc: Quicunque cre-
„dunt quidem quòd Christus JE-
„sus in carne venerit, & in eadē
Qui cū totâ Ecclesiâ non consentit, non est eius membrum. „carne, in qua natus & passus
„est, resurrexit, & ipse sit Filius
„Dei, & Deus apud Deum, & cū
„Patre unum, & unum incom-
„mutabile Verbum Patris, per

quod

„quod facta sunt omnia; sed ta-
„men ab ejus corpore, quod est
„Ecclesia, ita dissentiunt, ut eo-
„rum communio non sit cum
„toto quacunque diffunditur,
„sed in aliqua parte separata in-
„veniatur, manifestum est eos
„non esse in Ecclesia Catholica.
Intelligite nunc errantes in po-
pulo, & Lutherani aliquando sa-
pite, intelligite ex Doctorum A-
quila fidem in JESUM Christum
vobis minimè profuturam, quia
ab illa universali Matre Ecclesia,
quæ in omnibus totius terræ o-
ris plantata devotos sibi ubique
filios alit, malitiosè vos separa-
stis, exstruentes vobis Ecclesiam
hoc ipso rejiciendam, quia neu-
tiquam Catholica, & quod maxi-
mum invisibilitatis fucatæ Eccle-
siæ est argumentum, tot anno-
rum decursibus ignorantiæ &
invisibilitatis peplo obvolutam,
quod mulieri Solis splendoribus
amictæ, nempe veræ Catholicæ
Ec-

Ecclesiæ, teste Augustino, inprimis repugnat. Quod ut ostendam, do Articulum tertium.

ARTICVLVS III.

Ecclesia vera debet esse visibilis.

Clarissimè Regius Citharædus Prophetica sua cythara: *In Sole posuit tabernaculum suum.* Id est, ut ibidem explicat Sanctus Aug. In manifestatione „posuit Ecclesiam suam, non in „occulto. Et Epist. 166. ad Donatistas. Ipsa est Ecclesia in sole „posita, id est, in manifestatione „omnibus nota usque ad termi„nos terræ. Ulterius Tom. 9. in Epistolã Joan. tract. 2. commentatur Sanctus: *In Sole posuit tabernaculum suum*, id est in mani„festo. Tabernaculum eius caro „ejus, tabernaculum ejus, Eccle„sia ejus. In sole posita est, non „in nocte, sed in die. Ibidem. Quid ampliùs dicturus sum,

Psal. 18. 6.

Ecclesia est mons & lucerna.

quàm

„quàm cæcos, qui tam magnum
„montem non vident, qui con-
„tra lucernam in candelabro
„positam oculos claudunt. Tom.
8. Psalmum quadragesimũ quartum sic exponit; *Constitues eos Principes super omnem terram.*
„Vide templum Regis quàm la-
„tè diffusum est: ut noverint
„Virgines, quæ non adducuntur
„in templum Regis, non se ad i-
„stas nuptias pertinere. *Pro Patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos Principes super omnem terram.* Hæc est Catholica Ec- *Ps. 44. 18.*
„clesia, Filii eius constituti sunt
„Principes super omnem terrã,
„filii ejus constituti sunt pro Pa-
„tribus. Agnoscant, qui præcisi
„sunt, veniant ad unitatem addu-
„cantur in templum Regis Tem-
„plum suum Deus ubique col- *Ephes. 2.*
„locavit, fundamenta Propheta-
„rum & Apostolorum ubique
„firmavit. Filios genuit Ecclesia,
„constituit eos pro Patribus suis

Catholici sunt super omnem terram.

Prin-

„Principes super omnem terrã.
Psalm. 44. 19. *Memores erunt nominis tui in omni generatione & generatione. Propterea populi confitebuntur tibi.*
„Quid ergo prodest confiteri, &
„extra templum confiteri? quid
„prodest precari, & non in mon-
Psal. 3. 5. „te precari? *Voce mea*, inquit, *ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte sancto suo.* De quo
Matth. 5. dictum est. *Non potest civitas abscondi super montem posita.* De
Dan. 2. „quo monte? quem vidit Da-
„niel ex parvo lapide crevisse &
„fregisse omnia regna terrarum
„& implevisse omnem faciem
„terræ. Ibi adoret, qui vult acci-
„pere, ibi petat, qui vult exaudi-
„ri, ibi confiteatur, qui vult sibi
„ignosci.

Non exauditur qui est extra Ecclesiam.

Lib. 2. contra Cresconium Gramaticum cap. 36. sic scribit: „Existit Ecclesia cunctis clara „atque conspicua. Quippe Civi„tas, quæ abscondi non potest „super montem constituta: per quam

"quam dominatur Christus à
"mari usque ad mare & à flumi-
"ne usque ad terminos orbis ter-
"ræ. Tanquam semen Abrahæ
"multiplicatum, sicut stellæ cœli
"& sicut arena maris, in quo be-
"nedicentur omnes gẽtes. Hanc
"etiam Beatus Cyprianus ita
"commendat, ut eam dicat Do-
"mini luce perfusam, radios su-
"os per orbem terrarum porri-
"gere, ramos suos per univer-
"sam terram copiâ ubertatis ex-
"tendere. Nunquid hæc omnia
lucidissimam & visibilem indi-
cant Ecclesiam? & quî fieri pos-
set, ut hominum obtutibus sese
subduceret ea Ecclesia, in quâ
Episcopi & Pastores visibiliter
custodias agunt super gregem
Domini, cùm ad Sapientiæ cau-
las educunt, subditos admonen- *Ecclesia, in*
do, hortando placidè regunt? *quâ Pasto-*
Sanctissima Sacramenta admini- *res regunt*
strant, peccantes correctionis *subditos,*
virgâ coercent, contumaces ab a- *Sacramen- ta admini-*

strant, Concilia celebrant, necessariò est visibilis.

liorum communione separant? in qua etiam subditi suos agnoscere pastores, eorum monitis obtemperare, instructionem & Sacramenta ab eis percipere tenentur? sine etiam controversiâ Ecclesiâ illam visibilem esse, est necessum, in quâ publicè inducuntur & celebrantur Concilia, sanciuntur Canones, de fide ac religione controversiæ dirimuntur; Sed hæc omnia fiunt, fierique debent in verâ Christi Ecclesiâ, consequenter de visibilitate ejus nemini dubitandum est. Prodeant nunc Lutherani Evangelii Ministri, quibus verba non in Evangelio, nec in sincero corde, sed in ore nascuntur, edicant, demonstrent, ubi eorum Ecclesia ante ducentos, trecentos, imò mille annos sese præbuerit visendam, aut sub quo cœli climate floruerit. Indicate nobis, quæ vel quotnam ex septemdecim Oecumenicis Conciliis à Doctoribus Lu-

the-

theranis celebrata sint: in lucem date Canones in illis sancitos, ostendite, nominibus suis compellate Doctores & Pastores, qui tot emensis & emetiendis sæculis fuerunt, sunt & erunt in verâ Christi Ecclesiâ usque ad consummationem *sæculi in opus ministerii & in ædificationem Corporis Christi* testante Paulo. Verùm statuâ sunt taciturniores, optiméq; hic in eos quadrat illud Virgilianũ. *Ephes. 4. 12.*

Obstupui, steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit. *Lib. 3. Æneid.*

Cùm igitur hoc ostendere nequaquam possint, neque diffiteri suorum Ecclesiam Cymmereis quibusdam tenebris involutam tot sæculis latuisse, quòd tam Scripturæ quàm S. Augustino adversatur, luce clariùs innotescit Ecclesiam eorum non esse veram in qua quis salutem consequi possit. E contra cùm Ecclesia Romana à Christo & S. Petro in hæc usque tempora continuò so- *Ecclesia Lutherana, multis sæculis fuit invisibilis.*

la fuerit visibilis, visibiliter docuerit, Oecumenica concilia celebrârit, Sacramenta administrârit, & omnibus suis ministeriis officiisque visibili modo semper functa fuerit, evidenter sequitur, eam veram & solam Ecclesiam Christi esse. Sed redeamus ad S. August. Hic tom. 9 in epist. Joann. tr. 1. hæc scribit: Quan-
„do volunt homines videre lu-
„nam novam: dicunt ecce luna,
„ecce ubi est; & si sunt ibi, qui
„non valeant intendere aciem &
„dicant, ubi? Intenditur illis di-
„gitus, ut videant. Aliquando
„dum erubescunt, ne cæci pu-
„tentur, dicunt se vidisse, quod
„non viderunt. Nunquid sic o-
„stendimus Ecclesiam Fratres
„mei? Nonne aperta est? Non-
„ne obtinuit omnes gentes?
„Nonne impletur, quod ante tot
Gen. 22. 18. „annos promissum est Abrahæ, *in semine eius benedici omnes gentes.* Uni fideli promissum est, in milli-

„millibus fidelium mundus im-
„pletus eſt. *Ecce mons implens u-* Dan. 2. 35.
niverſam faciem terræ. Ecce Ci-
„vitas. de quâ dictum eſt: *Non* Matth. 5. 14.
poteſt civitas abſcondi ſupra mon-
tem poſita. Illi autem (Hæretici)
„offendunt in montem. Et cùm
„eis dicitur: Aſcendite: non eſt
„mons, dicunt: & faciliùs illuc
„faciem impingunt, quàm illic
„habitaculum quærunt. Ea-
dem profectò nunc eſt Luthera-
norum, aliorumque Acatholico-
rum mens & conditio, ut malint
in noſtram viſibilem Eccleſiam
impingere, quàm illius jam per
totum mundum propagatæ am-
plexu ſaluti ſuæ conſulere, ſuam
interim buccinantes Eccleſiam
veluti Aſtronomi novam illam
Caſſiopeæ ſtellam, quæ tot ſæcu-
lorum decurſu etiam peritis in-
viſa ac ignota ſubitò cum omni-
um admiratione fulſit in æthere.
Simplicium quis doctrinā præ-
ſenti articulo traditam hoc trito

Acatholici cæci ſunt, quia montem non vident.

labefactari posse confidit sophismate: Quod fide creditur, nõ est visibile; Ecclesiam fide credimus, sic tradente Symbolo: *Credo sanctam Ecclesiam Catholicam*, ergo Ecclesia non est visibilis. Verùm exigua est Sophismatis vis, quam brevis distinctio totam enervat. Sic ergo majorem distingue, quod fide creditur non est visibile, ex eâ parte quâ sub fidem cadit, concedo majorem, ex aliâ parte quâ sub fidem non cadit, nego majorem. Clariorem tibi distinctionis intellectum dabit similium inductio. Quod Apostoli *oculis suis conspexerunt, manibus contrectaverunt de Verbo vitæ*, de illo & crediderunt; conspexerunt humanitatem, crediderunt divinitatem. Videmus in Baptismate corporis per aquam ablutionem, cordis per gratiam regenerativam credimus emundationem. Sic in Ecclesiâ homines, externos ritus & Sacramen-

Ex parte videmus & ex aliâ parte credimus veram Ecclesiam.

1. *Ioan.* 1. v. 1.

ta contuemur, attamen doctrinam ab omni errore liberam in eâ tradi credimus,& sic Ecclesiam Christi ex parte per fidem agnoscimus, ex parte visibilem ex Augustino ostendimus. Verùm præsumit non nemo asserere Ecclesiam quidem exstitisse visibilem, sed ob crassiores errorū nebulas non solùm obnubilatam, sed prorsus eclipsatam evanuisse, ideoque plurimis annis extitisse invisam. Fucato huic argumento abundè satisfaciet Articulus sequens.

ARTICVLVS IV.

Ecclesia Catholica non potest deficere, nec perire.

QUamvis cœlorum, astrorumque moles continuo giretur motu, semper tamen ne limites suos excedant super immobili moventur: ita Ecclesia, quamvis insultantium hæreticorum impetatur motibus, ipsa

ſemper perſiſtit ſuper immobili ac invariato fidei ejusdem & doctrinæ axe.

Audiamus noſtrum Auguſtinum tom. 8. in Pſal. 103. Concio. 1. ſic loquentem: *Fundavit terram ſuper firmamentum eius.* „Per terram Eccleſiam intelligo. Quæ eſt firmitas ejus, ſuper „quam fundata eſt, niſi fundamentum ejus? An incongruè „intelligimus firmitatem, ſuper „quam fundata eſt terra, fundamentum, ubi eſt conſtituta Ec„cleſia? quod eſt illud fundamentum? *Fundamentum*, inquit, *nemo poteſt ponere præterquam, quod eſt poſitum, quod eſt Chriſtus Ieſus.* Ibi ergò firmati ſumus. „Meritò ibi firmati non inclinabimur in ſeculum ſeculi, nihil enim firmius iſto fundamento. Infirmus tu eras, ſed „firmum fundamentum te portat. In te firmus eſſe non poteras, firmus eris ſemper, ſi ab illo

Pſ. 103. 5.

1. *Cor.* 3. 11.

Chriſtus eſt firmū fundamentum Eccleſiæ.

„illo firmo fundamento non „recedas, non inclinabitur in se„culũ seculi. Ipsa est prædestina„ta columna & firmamentum „veritatis. *2.Tim.3. 15.*

Et eodem tom. Psal. 57. scribit: In ventre Ecclesiæ veritas „manet. Quisquis ab hoc ventre „Ecclesiæ separatus fuerit, ne„cesse est, ut falsa loquatur. Teste Davide Psal. 57.4. *Erraverunt ab utero, locuti sunt falsa.* Ne„cesse est, inquam, ut falsa loqua„tur, qui aut concipi noluit, aut „quem conceptum mater ex„cussit. Et Tom. 6. Concion. ad Catech. cap. 20. Hæc. (Ecclesia) „est Mater vera, pia Mater & ca„sta, intrinsecùs sui viri dignita„te ornata, non forinsecùs men„dacio fallente turpiter colora„ta. Item lib. 1. de Symb ad Ca„tech. c. 6. Ipsa est Ecclesia san„cta, Ecclesia una, Ecclesia vera, „Ecclesia Catholica contra om„nes hæreses pugnans, pugnare

Extra Ecclesiam non est veritas.

Ecclesia pugnat contra hæreses & expugnari non potest.

„potest, expugnari tamen non
„potest. Hæreses omnes de illâ
„exierunt, tanquam sarmenta in-
„utilià de vite præcisa. Ipsa au-
„tem manet in radice suâ, in cha-
„ritate suâ. Portæ inferorum
„non vincent eam. Ecce quàm
immobilis persistat super veri-
tatis suæ axes Ecclesia Christi,
cui tam propudiosè valedixe-
runt Lutherus, Calvinus cæ-
terique Hæretici, cum quibus
continua miscebit prœlia, do-
nec plenum & consummatum,
sicut de aliis jam plurimis de-
victis Sectis in Christo Jesu a-
gat triumphum.

Audite Augustinum Conc. 2.
in Psal. 101. contra Donatistas,
ubi introducit Ecclesiam ita lo-
quentem cum Christo: Quid est,
„quod nescio qui, recedentes à
„me, murmurant contra me?
„quid est, quod perditi me peri-
„isse contendunt? Certè enim
„hoc dicunt, quia fui & non sum.

An-

„Annuncia mihi exiguitatem „dierum meorum, quamdiu ero „in isto seculo? annuncia mihi „propter illos, qui dicunt, fuit „& jam non est: apostatavit & „periit Ecclesia de omnibus „gentibus. Et annuntiavit: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* *Matth 28. 20.* Nota hîc quomodo S. Augustinus per latera Donatistarum confodiat Lutheranos & Calvinistas, qui etiamnum dicunt, quod illi dicebant: Ecclesia Ca„tholica jam non est, sed fuit, a„postatavit & periit. Contra quos similiter licebit exclamare: Quid est, quod nescio qui, recedentes à me, murmurant contra me? quid est, quod perditi me periisse contendunt? nonne tu Domine dixisti: *Ecce ego tecum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi?* Certè non dixisti: Ecce tecum sum quingentis annis & postea per mul-

Ecclesia non perit, quia Christus cũ ipsâ semper est.

ta ſecula te deſeram uſque ad tempora Lutheri & Calvini, ſed diſertè dixiſti *omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi.* Paulò ſuperiùs in eâdem Concione habet Auguſtinus hæc: „Chriſtus unus eſt, Eccleſia unitas. Non reſpondet uni, niſi „unitas. Sed exiſtunt, qui dicunt. „Iam hoc factum eſt, reſpondebit ei in omnibus gentibus Eccleſia, pariens filios plures, „quàm illa, quæ habebat virum. „Reſpondit ei in viâ fortitudinis ſuæ: credidit enim Chriſtũ „reſurrexiſſe, crediderunt in eũ „gentes. Sed illa Eccleſia quæ „fuit omnium gentium non eſt, „periit. Hoc dicunt, qui in illâ „non ſunt. O impudentem vocem! Illa non eſt, quia tu in „illâ non es? Vide ne tu ideò „non ſis: nam illa erit, etſi tu „non ſis. Hanc vocem abominabilem & deteſtabilẽ præſumptionis & falſitatis plenam, nul-

Hæretici dicunt Eccleſiam iam non eſſe, quia in hac illi non ſunt.

„nullâ veritate suffultam, nullâ
„sapientiâ illuminatam, nullo
„sale conditam, vanam, temera-
„riam, præcipitem, perniciosam
„prævidit Spiritus Dei, & tanquã
„contra illos cùm annunciaret
„unitatem: *In conveniendo popu-* *Psal. 101, 23.*
los in unum, & regna, ut serviant
Domino &c. Respondit ei in viâ
virtutis suæ: paucitatem dierum
nuncia mihi. Ne revoces me
in dimidio dierum meorum &c.
Et paulò infra Augustinus: Un-
„de vobis cor dolet? quia & Im-
„peratores contra hæreticos le-
„ges proponunt: ibi impletum
„est; *& regna, ut serviant Domi-*
no. Utinam Acatholici hæc me-
liùs perpenderent, & cum S. Au-
gustino lib. de utilitate credendi
ad Honoratum, cap. 17. sic con-
cluderent. Cùm igitur tantum
„auxilium Dei, tantum profectũ *Summæ ar-*
„fructumque videamus, dubita- *rogantiæ*
„bimus nos ejus Ecclesiæ con- *est, nolle Ec-*
„dere gremio, quæ ab Apostoli- *clesiæ cre-* *dere.*
câ

„câ ſede per ſucceſſiones Epiſco-
„porum, fruſtra hæreticis cir-
„cumlatrantibus culmen aucto-
„ritatis obtinuit? cui nolle pri-
„mas dare, vel ſummæ profectò
„impietatis eſt, vel præcipitis
„arrogantiæ. Hucuſque Auguſt.

ARTICVLVS V.

Biblia eſſe Scripturam Sacram non poſſumus ſcire, ſine Traditione, ideò Traditiones ſunt admittendæ.

FOns ſaliens in vitam æternam eſt Verbum Dei à Spiritu ſancto dictatum, Canonicis libris comprehenſum; verùm mi Lutherane non levis mentem diſcriminat dubitatio, quinam libri tam honorifico Authenticorum Canonicorum titulo ſint honorandi, moveatur lis cunctis, quos tu ſic compellandos æſtimas, an judicandos conſtitues judices? & in propriâ causâ non vereris partialem ſententiam?

am? solvitúrne de veritate suspectus crimine, quia se veracem asseruit? an quia judex eum talem declaravit? Hoc Sacratissimo titulo eos compellabis, quia sese hoc titulo dignos eloquuntur, (sed quæso ubi) an quia legitimus judex eos dignos declaravit? En tibi in dubiorum Labyrintho erranti rursum Ariadna est Aug. Tom. 10. de Temp. Ser. 191. sic scribens: Novum & Vetus Testamentum recipimus in illo librorum numero, quem Sanctæ Ecclesiæ tradit Authoritas. Tom. 6. contra Faustum Manich. lib. 28. c. 2: hæc habet: Dices illam narrationem non esse Matthæi, quam Matthæi dicit universa Ecclesia ab Apostolicis Sedibus, usque ad præsentes Episcopos, certâ successione perducta. Tu mihi quid contra lecturus es? aliquem fortè librum Manichæi, ubi Jesus negatur esse natus ex Virgi-

Non potest ostendi ex Sacra Scriptura, quòd hæc sit Sacra Scriptura.

„gine. Sicut ergò ego credo illum librum esse Manichæi, quoniam ex ipso tempore, quo Manichæus vivebat in carne, per discipulos ejus certâ successione præpositorum vestrorum ad vestra usque tempora custoditus atque perductus est: sic & istum librum crede esse Matthæi, quem ex illo tempore, quo Matthæus ipse in carne vixit, non interruptâ serie temporũ, Ecclesia certâ connexionis successione usque ad tempora ista perduxit. An non per hunc ab Augustino tibi porrectum sententiæ & doctrinæ filum eò deduceris, ut agnoscas modernos hæreticos nulla ratione Scripturæ suæ auctoritatem tueri posse, nisi ad traditiones ejus Ecclesiæ confugiant, à quâ ipsi sunt præcisi? Restant porrò plura devotis Christianis credenda, quorum expressam mentionem in sacris paginis haud invenire est, de quibus

Matthæi Evangelio credimus, quia per Traditionẽ ad usq; nostra tempora peruenit.

bus sic scribit Augustinus tom. 2. Epist. 174. propè initium. Ego „illud, quod jam dixeram, repe- „tivi, ita fieri posse, ut etiam ho- „mousion neque scriptum in „Sanctis paginis inveniatur, & „tamen dictum in assertione fi- „dei defendatur; sicut Patrem in „illis libris nusquam ingenitum „legimus, & tamen dicendum „esse, defenditur. Tom. 3. de „Gen. ad litteram lib. 10. cap. 23. ait. Consuetudo Matris Ecclesiæ „in baptizandis parvulis nequa- „quam spernenda est, neque ul- „lo modo superflua deputanda, „nec omninò credenda, nisi A- „postolica esset traditio. Illa e- „nim dicit tom. 2. epist. 118. c. 1. ad Januarium. Illa quæ non „scripta sed tradita custodimus, „quæ quidem toto terrarũ orbe „observantur, dantur intelligi, „vel ab ipsis Apostolis vel ple- „nariis Conciliis, quorum est in „Ecclesia saluberrima authori- tas,

Multa sunt credenda quæ in S. Scripturâ scripta non sunt.

Hæc credimus, quia per traditionem accepimus.

„tas, commendata atque ſtatuta
„retineri, ſicuti, quòd Domini
„Paſſio & Reſurrectio & Aſcen-
„ſio in cœlum, & adventus de
„cœlo Spiritûs ſancti anniver-
„ſariâ ſolemnitate celebran-
„tur &c. Dicite Acatholici, ſi nihil credendum eſt, quàm quòd ſcripto Dei verbo clarè expreſſum eſt, unde vobis perſuaſum habetis, prædicta feſta celebranda eſſe? profectò non aliunde vos ea accepiſſe profitebimini quàm per traditionem à majoribus veſtris. Cùm igitur multa apud vos fieri conſpiciantur, quorum Scriptura non meminit, conſequens eſt vos & acceptâſſe & acceptare teneri traditiones.

Hæretici multa credunt, quæ non ſunt in Sacrâ Scripturâ.

„Nam in his rebus, ſunt verba S. Auguſt. tom. 2. epiſt. 86. ad Caſulanum Presbyterum in initio, de quibus nihil certi ſtatuit
„Scriptura divina, mos populi
„Dei vel inſtituta majorum pro
„lege tenenda ſunt. De quibus ſi

di-

„diſputare voluerimus & ex a-
„liorum conſuetudine alios im-
„probare, orietur interminata
„luctatio, quæ, utique cavenda
„eſt, ne tempeſtate contentio-
„nis, ſerenitas charitatis obnu-
„biletur.

Tomo 2. epiſt. 108. ad Seleu-
cianam hæc ſcribit: Non omnia
„quæ facta ſunt, etiam ſcripta in-
„veniuntur, veruntamen facta
„eſſe ex cæteris documentis pro-
„bantur. Scriptum eſt, quando
„baptizatus ſit Apoſtolus Pau-
„lus, & ſcriptum non eſt, quan- *Act. 9.*
„do baptizati ſunt alii Apoſtoli,
„veruntamen etiam ipſos bapti-
„zatos intelligere debemus,
„quemadmodum ſcriptum eſt,
„quando baptizatæ ſunt plebes *Act. 2. 4.*
„Eccleſiarum in Hieruſalem, &
„Samariâ, quando autem bapti-
„zatæ ſint aliæ plebes gentium,
„quibus Apoſtoli epiſtolas mi-
„ſerunt, non eſt utique ſcriptum:
„& tamen etiam ipſas baptizatas
eſſe

„esse minimè dubitamus, pro-
„pter illam Domini sententiam:
Nisi quis renatus fuerit ex aquâ
Ioan. 3. 5. *& Spiritu Sancto, non intrabit in*
regnum cœlorum.

Tandem tom. 4. de fide & operibus cap. 9. sic discurrit: Spado, inquiunt (qui fidem sine pœnitentiâ & vitæ melioris proposito sufficere putant baptizandis adultis) quem Philippus baptiza-
Act. 8. 37. „vit, nihil plus dixit. *Credo Filium Dei esse Iesum Christum.* Et
„in hac professione continuò
„baptizatus est. Num ergô pla-
„cet, ut hoc solùm homines re-
„spondeant & continuò bapti-
„zentur? Nihil de Spiritu san-
„cto, nihil de sancta Ecclesia, ni-
„hil de remissione peccatorum,
„nihil de resurrectione mortuo-
„rum: postremò de ipso Jesu
„Christo, nihil nisi quia Filius
Luc. 1. „Dei est, non de incarnatione
„ejus ex Virgine, de passione, de
Matt. 27. „morte crucis, de sepulturâ, de

ter-

„tertii diei resurrectione, de a-
„scensione, ac sede ad dexteram
„Patris aliquid dicendũ est Ca-
„techizanti ac profitendum cre-
„denti? si enim spado cum re-
„spondisset: *Credo Filium Dei es-*
se Iesum Christum. hoc ei suffice-
„re visum est, ut continuò bap-
„tizatus absccederet: cur non id
„sequimur, atque auferimus cæ-
„tera, quæ necesse habemus, eti-
„am cùm ad baptizandum tem-
„poris urget angustia, exprime-
„re interrogando, ut baptizatus
„ad omnia respondeat, etiamsi ea
„memoriæ mandare non valuit?
„Si autem Scriptura tacuit, atq;
„intelligenda admisit cætera,
„quæ cum illo spadone bapti-
„zando Philippus egit, atque in
„eo, quod ait, baptizavit eum
„Philippus, intelligi voluit im-
„pleta omnia, quæ licet tacean-
„tur in Scripturis gratia brevita-
„tis, tamen serie traditionis sci-
„mus implenda: pari modo etiã

Baptizandus non generatim tantum, sed etiam speciatim articulos fidei se credere testari debet.

Serie traditionis scimus quædã esse facta & nunc faci-

in

enda, quæ inScripturis gratiâ brevitatis tacentur.

„in eo, quod ſcriptum eſt, evan-„gelizâſſe Philippum ſpadoni „Dominum, nullo modo dubi-„tandum eſt, & illa in Catechiſ-„mo dicta eſſe, quæ ad vitã mo-„reſque pertinent ejus, qui cre-„dit in Dominum JESUM. Hoc „eſt enim evangelizare Chriſtũ, „non tantùm dicere, quæ ſunt „credenda de Chriſto, ſed etiam „quæ obſervanda ei, qui accedit „ad compagem corporis Chri-„ſti. Altiùs mentibus veſtris jam jam recitata Auguſtini verba imprimite Acatholici, qui ſolùm credenda magnificatis, obſervanda verò inertiæ ſpiritu ducti contemnitis, in ſolâ, à bonorum operum vitâ diſcretâ fide, juſtificationem veſtram firmantes contradicente vobis Auguſtino. Verùm ſuggerunt obtrectandi materiam variarum Eccleſiarum diverſæ Ceremoniæ & ritus, quòrum nullum (ut ipſi loquuntur) in Scripturâ apparet fundamen-

tum.

rum. Verùm non alio retundendi sunt malleo, quàm Augustino. Benevolè audiatur.

Tom. 2. epist. 118. ad Januarium cap. 2. sic respondens: Quæ „per loca terrarum, regionesq; „variantur, sicuti est, quod alii „jejunant Sabbatho, alii verò „non: alii communicant quoti„die Corpori & Sanguini Do„minico, alii certis diebus acci„piunt: alibi nullus dies inter„mittitur, quo non offeratur, ali„bi Sabbatho tantùm est Domi„nico, alibi tantùm Dominico: „etsi quid aliud huiusmodi ani„madverti potest: totũ hoc genus „rerũ liberas habet observatio„nes: nec disciplina ulla est in his „melior gravi prudentique Chri„stiano, quàm ut eo modo agat, „quo agere viderit Ecclesiam, ad „quamcunq; devenarit. Quod e„nim neq; contra fidẽ, neq; contra bonos mores iniungitur, in„differenter est habendũ, & pro

Quod non est contra fidem nec contra bonos mores, observandũ est.

eo-

„eorum inter quos vivitur so-
„cietate servandum est.

Et adhuc clariùs eodem Tom. epist. 119. ad Ianuarium. Miror „sanè, quod illa volueris, ut de „iis, quæ variè per diversa loca „observantur, tibi aliqua con-„scriberẽ, & cùm non sit neces-„sariũ, & una in his saluberrima „regula retinenda sit, quæ non „sunt contra fidẽ, neque contra „bonos mores, & habent aliquid „ad exhortationem vitæ melio-„ris, ubicunque institui videmus, „vel instituta cognoscimus, non „solùm non improbemus, sed „etiam laudaudo & imitando se-„ctemur, si aliquorum infirmi-„tas non ita impedit, ut amplius „detrimentum sit. Si enim eo „modo impedit, ut maiora stu-„diorum lucra, speranda sint, „quàm calumniatorum detri-„menta timenda, sine dubitatio-„ne faciendum est. Videant er-„go & intelligant Acatholici

Calumniatores non sunt audiendi.

in-

inde, quàm egregiè S. Augustinus laudet & approbet non solùm universæ Ecclesiæ sed & particularium traditiones ac observationes.

ARTICVLVS VI.

Sanctus Petrus fuit primus seu Caput Apostolorum, & fundamentum Ecclesiæ.

PAucis hoc ex Augustino probatum accipe Lector: nam Tom. 7. de Baptismo contra Donatistas lib. 2 cap. 1. sic effatur Sanctus Doctor:

„ In Apostolo Petro Primatus
„Apostolorum excellenti gratiâ
„præeminet. Et Tom. 9. in Ev.
Joann. tract. 56. Quis enim ne-
„sciat, primum omnium Apesto-
„lorum esse Beatissimum Petrũ?
& hoc probat Tom. 4. quæst. ex Novo Testam. quæst. 75. Di-
„cunt exactores didrachmæ ad
„Petrum Apostolũ: *Magister vester non solvit didrachmam &c.* *Matt. 17. 23.*

„Quo dicto, magistrum, ut pro
omnibus discipulis solveret, con-
„venerunt. Salvator autem cùm
„pro se & Petro dari jubet, pro
„omnibus solvisse videtur: quia
„sicut in Salvatore erant omnes
„causæ Magisterii, ita & post Sal-
„vatorem in Petro omnes con-
„tinentur. Ipsum enim consti-
„tuit caput esse eorum, ut pastor
„esset gregis dominici. Ná inter
„cætera dicit discipulis: *Vigilate*
& orate, ne intretis in tentationē.
„Et Petro dicit: *Ecce Sathanas*
expostulavit, ut vos ventilet sicut
triticum, ego autem rogavi pro te
Petre, ut non deficiat fides tua, &
tu tandem conversus confirma fra-
tres tuos. Quid ambigitur? pro
„Petro rogabat, & pro Iacobo
„ac Ioanne non rogabat, ut cæ-
„teros taceam. Manifestum er-
„go est in Petro omnes conti-
„neri, rogans enim pro Petro,
„pro omnibus rogâsse dignosci-
„tur. Semper enim in Præposi-

In Petro post Salvatorem omnes continentur.

Mat. 26. 41. Luc. 22. 31.

Quare Christus orat pro Petro & non pro Ioanne aut Iacobo seu Apostolis alius.

to

„to populus aut corripitur aut „laudatur. Item Tom. 10. de Verbis Domini Ser. 13. In illo „uno Apostolo, id est, Petro, in „ordine Apostolorum primo & „præcipuo, in quo figurabatur „Ecclesia, utrumque genus si„gnificandum fuit, id est, firmi & „infirmi, quia sine utroque non „est Ecclesia. Claré ergo habemus ex S. Augustino, Sanctum Petrum fuisse primum & præcipuum in ordine Apostolorum; quod autem fuerit etiam fundamentum Ecclesiæ, hisce probat S. August. Tom. 10. Serm. 26. de Sanctis.

Per Petrū intelliguntur firmi & infirmi.

„ Audistis, inquit, frequenter „ipsum Petrum à Domino pe„tram nuncupatum. Sicut ait: *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Si er„gò Petrus petra est, super quam „ædificatur Ecclesia, rectè priùs „pedes sanat, ut sicut in Ecclesiâ „fidei fundamentum continet; ita

Matth. 16. 18.

Cur S. Petrus primò claudum curaverit.

„ita & in homine membrorum
„fundamenta confirmet. Rectè,
„inquam, pedes Christiano cu-
Act. 3. „rat, ut jam non trepidus quis,
„nec imbecillis possit supra pe-
„tram Ecclesiæ stare: sed robu-
„stùs & fortis incedere. Et Ser-
monem 15. de Cathedrâ S. Pe-
tri sic incipit. Institutio solem-
„nitatis hodiernæ à Senioribus
„nostris Cathedræ nomen acce-
„pit: ideo, quòd primus Apo-
„stolorum Petrus hodie Episco-
„patûs Cathedram suscepisse re-
„feratur. Rectè ergo Ecclesiæ
„natalem Sedis illius colunt,
„quam Apostolus pro Ecclesia-
„rum salute suscepit, dicente Do-
„mino: *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam:* Petrum itaque funda-
„mentum Ecclesiæ Dominus no-
„minavit, & ideò dignè funda-
„mentum hoc Ecclesia colit, su-
„pra quod Ecclesiastici ædificii
„altitudo consurgit. Unde con-
ve-

,,venienter Psalmus,, qui lectus ,,est dicit: *Exaltent eum in Ecclesiâ plebis, & in Cathedrâ Seniorum laudent eum.* Benedictus Deus, ,,qui exaltari in Ecclesiâ hoc ,,præcepit, quia dignum est, ut ,,fundamentum hoc in Ecclesiâ ,,honoretur, per quod ad cœlum ,,ascenditur. Quid clariùs dici potest?

Psal. 106, 32.

S. Petrus tanquam fundamentum Ecclesiæ honorandus est.

Superaddit adhuc sequenti 16. Serm. plura August. Tanquam ,,bonus Pastor tuendum gregem ,,accepit, ut qui sibi infirmus ,,fuerat fieret omnibus firmamē-,,tū. Et quia ipse interrogationis ,,tentatione negaverat, cæteros ,,fidei stabilitate fundaret. De-,,nique pro soliditate devotio-,,nis, Ecclesiarum petra dicitur, ,,sicut ait Dominus: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Petra enim di-,,citur eò, quod primus nationi-,,bus fidei fundamenta posuerit, ,,& tanquam saxum immobile

Ioan. 21.

Mat. 16.

Cur Petrus petra dicatur.

,,totius corporis Christiani compagem, molemque contineat.
,,Petra ergò pro devotione Petrus dicitur, & petra pro virtute Dominus nuncupatur. sicut
1. Corinth. 10. 4. ,,ait Apostolus: *Bibebant autem spirituali sequente eos petrâ: petra autem erat Christus.* Rectè
,,consortium meretur nominis,
,,qui consortium meretur & operis. Notent ergo Acatholici duplex esse fundamentum Ecclesiæ secundùm S. Augustinum, scilicet Christum & Petrum, Christus est primarium, Petrus verò secundarium fundamentũ. Hinc Augustinus ita exponit locum illum:
Mat. 16. *Tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.* Id est, inquit super me
,,ipsum Filium Dei vivi ædificabo
,,Ecclesiam meam. Quod cùm dixisset, illicò quasi interpretans dictum suum subjungit Aug. in personâ Christi Ser. 13. de Verb.
,,Dñi: Super me ædificabo te.

Quis

Quis nunc Acatholicorum tantum præsumet, ut infitias ire audeat, Sanctum Petrum primum esse post Christum Dominum Romano-Catholicæ Ecclesiæ fũdamentum? Verùm ut huic à S. Augustino tam disertè asserto fundamento reniti, ac veritati aditum præstruere valeant, in alio commento asylum quærunt, nempe S. Petrum nunquam Romanam incoluisse urbẽ, nec unquam illius subiisse mœnia. Sed ut & hoc figmentum prorsus convellatur, sit

---

ARTICVLVS VII.

S.Petrus Romæ Episcopalem Cathedram tenuit, Simonem Magum ibidem superavit, & martyrio coronatus est.

EA est veritatis amantium dignitas & præstantia, ut & illi, qui eam non sine maximâ ignominiâ repudiaverunt, illorum simias se & ostendant &

profiteantur: nam sicut illorum sermo semper sibi est constans & cohærens, ita horum falsitate unâ alteram obvelare nititur, ut veracis sermonis incauto Lectori ingerat speciem. Quis quæso Acatholicus ita decantatæ tã apud Sanctos Patres, quàm Historicos veritati obniti præsumeret, nisi priori Articulo explosæ falsitati fucum adornaret? Verùm fucatus hic vester sermo calamo Augustiniano jam est obliteratus. Audite eum cum vobis similibus Tom. 7. contra litt. Petil. lib. 2. cap. 51. sic loquentem:

Petrus sedit in Cathedrâ Romanâ.

„ Cathedrâ tibi quid fecit Ecclesiæ Romanæ, in quâ Petrus „sedit, & in quâ hodie Anastasi„us sedet: vel Ecclesiæ Hieroso„lymitanæ, in quâ Jacobus sedit, „& in quâ hodie Joannes sedet, „quibus nos in Catholicâ uni„tate connectimur, & à quibus „vos nefario furore separâstis? „Quare appellas, Cathedram

pe-

„pestilentiæ, Cathedram Apo-
„postolicam? si propter homi-
„nes, quos putas legem loqui,
„& non facere, nunquid JESUS
„propter Pharisæos, de quibus
„ait; *Dicunt enim & non faciunt,* *Mat. 23. 3.*
„Cathedræ, in quâ sedebant, il-
„lam fecit injuriam? nonne il-
„lam Cathedram Moysis com- *Cathedra est veneranda.*
„mendavit, & illos servato Ca-
„thedræ honore redarguit?
Quàm accommodè possunt hæc dici Acatholicis Cathedram Romanæ Ecclesiæ injuriantibus?

Tom. 6. lib. de hæres. hæresi prima. Iovem se credi volebat, (Simon Magus) Minervam verò,
„meretricem quandam Selenē,
„quam sibi sociam scelerum fe-
„cerat, imaginesque & suam &
„ejusdem meretricis, discipulis
„suis præbebat adorandas, quas
„& Romæ tanquam Deorum
„simulachra auctoritate publicâ *Petrus Simonē Magum Romæ extinxit.*
„constituerat. In quâ urbe Bea-
„tus Apostolus Petrus eum verâ

Omnipotentis Dei virtute extinxit. Quid clariùs?

Quod verò S. Petrus Romæ martyriū subierit, patet ex Tom. 10. de Sanctis. In Festo Apostolorum Petri & Pauli Sermon. 5. de his præter alia sic loquitur: „Unâ die passi sunt, ut ad Christum pariter pervenirent, uno „in loco, ne alteri Roma deesset, sub uno persecutore, ut æqualis crudelitas utrumq; constringeret. Dies ergò pro merito, locus pro gloriâ, persecutor „decretus est pro virtute. Et in „quo tandem loco pertulerunt „martyrium Sancti Apostoli? In „urbe Româ, quæ principatum „tenebat, & caput obtinet nationum, scilicet, ut ubi caput erat „superstitionis, illic caput quiesceret sanctitatis: & ubi gentilium Principes habitabant, ibi „Ecclesiarum morerentur Principes. Causam verò Martyrii „describit S. Augustinus in eodem

Petrus Romæ passus est.

dem Serm. ad finem his verbis:
„Hodiernâ die Beati Apostoli
„sanguinem profuderunt: Sed
„videamus causam, quare ista
„perpessi sunt; scilicet, quod in-
„ter cætera miracula, etiam Si-
„monem magum illum, oratio-
„nibus suis de aëris vacuo præ-
„cipitii ruinâ prostraverint. Cùm
„enim idem Simon se Christum
„diceret, & tanquam filium ad
„Patrem assereret volando se
„posse conscendere: atque ela-
„tus subitò magicis artibus vo-
„lare cœpisset; tunc Petrus fixis
„genibus precatus est Dominum,
„& precatione sanctâ vicit ma-
„gicam levitatem. Prior enim a-
„scendit ad Dominum oratio,
„quàm volatus: & ante pervenit
„justa petitio, quàm iniqua præ-
„sumptio. Antè, inquam, Petrus
„in terris positus obtinuit quod
„rogavit, quàm Simon perveni-
„ret in cœlestia, quo tendebat.
„Tunc igitur Petrus velut vin-

Citiùs ascẽdit ad cœlũ oratio Petri, quam magus volans.

„ctum illum de sublimi aëre de-
„posuit : & quodam præcipitio
„in saxo elidens ejus crura con-
„fregit. Et hoc in opprobrio fa-
„cti illius est : ut qui paulò antè
„volare tentaverat ; subitò am-
„bulare non posset ; & qui pen-
„nas assumpserat : plantas amit-
„teret. Sed ne fortè hoc mi-
„rum videatur : quòd magus iste
„præsente Apostolo per aërem
„aliquamdiu volitaverit : hoc
„patientia Petri fecit. Permisit
„enim illum aliquamdiu subli-
„miùs ascendere : ut altiùs cade-
„ret. Hæc ex Hypponensi ora-
culo annunciante nobis Petri
Romæ gloriosos contra ma-
„gum triumphos & pretiosam
in conspectu Domini Martyrii
agonem. Quis ergò non summa
percellatur admiratione, si quẽ
vel tantùm rationis diluculo
utentem inaudierit negantem,
Petrum in totius mundi prin-
cipe extitisse urbe Româ?

Simon dum pennas assumit, plantas amittit.

Ar-

ARTICVLVS VIII.

Succeſſio Romanorum Pontificum à tempore S. Petri continuata non eſt exiguum ſignum veræ & Catholicæ Chriſti Eccleſiæ.

SI enim Ordo Epiſcoporum, (ut S. Aug. Tom. 2. epiſt. 165. ad litteras cujusdam Donatiſtæ ſcribit) ſibi ſuccedentium conſi-
,,derandus eſt, quantò certiùs &
,,verè ſalubriter ab ipſo Petro
,,numeramus, cui totius Eccleſiæ
,,figuram gerenti Dominus ait: *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*. Et: *Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam*? Petro
,,enim ſucceſſit Linus, Lino Cle-
,,mens, Clementi, Anacletus, A-
,,nacleto Evariſtus, Evariſto Ale-
,,xander, Alexandro Sixtus, Six-
,,to Teleſphorus, Teleſphoro I-
,,ginius, Iginio Anicetus, Anice-
,,to Pius, Pio Soter, Soteri Eleu-
,,therius, Eleutherio Victor, Vi-

Matth. 16.

Succeſſio Romanorũ Pontificũ.

„ctori Zepherinus, Zepherino „Calixtus, Calixto Urbanus, Ur„bano Pontianus, Pontiano An„therus, Anthero Fabianus, Fa„biano Cornelius, Cornelio Lu„cius, Lucio Stephanus, Stepha„no Xistus, Xisto Dionysius, „Dionysio Felix, Felici Eutychia„nus, Eutychiano Gaius, Gaio „Marcellinus, Marcellino Mar„cellus, Marcello Eusebius, Eu„sebio Melchiades, Melchiadi „Sylvester, Sylvestro Marcus, „Marco Iulius, Iulio Liberius, „Liberio Damasus, Damaso Si„ricius, Siricio Anastasius. In „hoc ordine Successionis nullus „Donatista (minùs Lutheranus „seu Calvinista) invenitur. Sed „ex transverso ex Africâ ordina„tum miserunt, qui paucis præsi„dens Afris in Urbe Româ Mon„tensium vel Cuzupitarum vo„cabulum propagavit. In illum „autem ordinem Episcoporum, „qui ducitur ab ipso Petro usq;

Etsi inter Romanos Pontifices fuisset quidam traditor, tamen

ad

„ad Anastasium, qui nunc eandem Cathedram tenet, etiamsi quisquam traditor per illa tempora surrepsisset, nihil præjudicaret Ecclesiæ & innocentibus Christianis, quibus Dominus prævidens ait de præpositis malis: *Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, nolite facere.* ut certa sit spes fidelibus, quæ non in homine, sed in Domino collocata, nunquam tempestate sacrilegi schismatis dissipetur.

nihil præjudicaret Ecclesiæ.

Matt. 23

Si ergo Pontifex Africanus per quatuor secula usque ad sua tempora continuatam Romanorum Pontificum successionem tanti æstimavit, cur nos non longè ampliori æstimatione dignam eorundem Pontificum successionem jam decurrentibus sedecim seculis continuatam asseremus? Catalogus Augustini in triginta novem Pontificum numero absolvitur, noster sextuplo plures nimirum in ducentos & quadra-

Habuimus per continuam successionem ducentos

gin-

quadraginta tres Pōtifices Romanos. ginta tres protenditur], quorum singulorum nomina hic adscribere nihil nisi in toto hoc opusculo amata inhibet brevitas. *Si*
2. Cor. 12 1. *ergo* (ut Apostolus loquitur) *gloriari oportet*, cur non in tam ubere gloriæ segete cum Augustino gloriemur? cur non hæc continuata Pontificum successio nos in fide Catholicâ stabiliores, erga hanc sacratissimam Sedem devotiores efficiet? si gloriæ invident Acatholici, simile quid ostendant. Verùm in aëre bovem, in silvis lucium, lupum in æquore venantur. Hinc idem S. Ecclesiæ Africanus Doctor Tom. 6. contra epist. Manich. cap. 4. sic scribit:

„ Ut ergo omittam sapienti-
„am, quam in Ecclesiâ Catholi-
„câ non creditis, multa sunt alia,
„quæ in eius gremio me justissi-
„mè teneant. Tenet consensio
„populorum atque gentium,
„tenet authoritas miraculis in-
choa-

,,choata, spe nutrita, charitate ,,aucta, vetustate firmata, tenet ,,ab ipsa Sede Petri Apostoli, cui ,,pascendas oves suas post Resur-,,rectionem Dominus commen-,,davit, usque ad præsentem Epi-,,scopatum successio Sacerdotũ: ,,Tenet postremô ipsum Catho-,,licæ nomen, quod non sine ,,causa inter tam multas hæreses ,,sic ista Ecclesia sola obtinuit, ut ,,cùm omnes hæretici se Catho-,,licos dici velint,, quærenti ta-,,men peregrino alicui, ubi ad ,,Catholicam conveniatur, nul-,,lus hæreticorum vel basilicam ,,suam, vel domum audeat osten-dere. Ideo adhortatur & monet Augustinus Tom. 7. in Psal. contra partem Donati: Venite fra-,,tres, si vultis, ut inseramini in ,,vite. Dolor est, cùm vos vide-,,mus præcisos ita jacere. Nume-,,rate Sacerdotes vel ab ipsâ Pe-,,tri Sede & in ordine illo Patrũ, ,,quis cui successit, videte. Ipsa est

Quæ S. Augustinũ teneant in Ecclesiâ Catholicâ.

Hæretici non possunt se Catholicos dicere.

„petra, quam non vincunt super-
„bæ inferorum portæ. Nam ut
Tom. 4. ex quæst. in novum &
antiquum Testamentum scribit.
„Eorum, qui extrà Ecclesiam vel
„contra Ecclesiam Sedes sibi in-
„stituerunt, Cathedram pestilen-
„tiæ dicimus. Qui enim incon-
„cessa præsumit, reus est, quantò
„magis, si & corrumpat traditio-
„nem ejus, cujus Sedem usurpat?
„Nam & ordinem ab Apostolo
„Petro cœptum, & usque ad hoc
„tempus per traducem succe-
„dentium Episcoporum servatū
„perturbant, ordinem sine origi-
„ne sibi vendicantes, hoc est,
„corpus sine capite profitentes,
„unde congruit etiam eorum Se-
„dem Cathedram pestilentiæ ap-
„pellare. Nunc vobis Acatholi-
ci ponderandum ac sedula men-
tis indagine perquirendum relin-
quo, cujus Cathedræ sitis, cùm
enim venerandam Petri Cathe-
dram respuentes & opprobriis
sa-

Acatholici quia sunt extra Ecclesiam in Cathedra pestilentiæ sedent.

ſcaturantes eliminatam cupiatis, an non Cathedra veſtra Cathedra peſtilentiæ? revolvite lecta Auguſtini verba, & eſtote æqui boniqne amantes judices. quæ quæſo eſt Eccleſiæ veſtræ Hierarchia? utique ordo ſine ordine, uno verbo corpus acephalum? Aber was iſt ein Mann ohne einen Kopff?

ARTICVLVS IX.

Penes Romanam Sedem eſt ſumma authoritas hæreſes damnandi, & de doctrinâ aliorum dijudicandi.

VT equus fræno non coercitus laſciviens facilè periculoſo lapſu ſeſſorem effundit in terram, ita luxuriantes mortalium animi poteſtate non refrænati in omne ſcelus ſe effundunt: nam ubi pii ac impii æqua eſt conditio & indiſcreta permixtio, illi iſtorum labe facilè inquinantur; iſti verò ſine metu iniquita-

tem

rem ut aquam hauriunt. Necessum proinde est dari summam potestatem, qua iniqui, maximè hæreseos lepra inquinati à sanis Christi ovibus sejungantur. Verùm quem hæc potestas deceat à nullo velim audias quam ab Augustino.

Tom. 1. lib. 2. Retract. c. 50. docet Hæresin Pelagianam à Romanis Pontificibus condemnatã esse; hisce verbis: Pelagiana Hæ-

Hæresis Pelagiana fuit ab Ecclesiâ Romanâ condemnata.

„resis cum suis auctoribus ab E„piscopis Ecclesiæ Romanæ, pri„ùs Innocentio, deinde Zozymo, „cooperantibus Conciliorũ A„fricanorum litteris, convicta „atque damnata est &c. Ergo adhuc eadem potestas remanet in eadem Romana Ecclesia.

Tom. 2. epist 95. prope initium Innocentio Papæ sic scribit, „Non agitur de uno Pelagio, „qui jam fortassè correctus est, „quòd utinam ita sit, sed tam multis, quibus loquaciter con-

ten-

„tendentibus, & infirmas atque
„ineruditas animas velut convi-
„ctas trahentibus, fideles autem
„& in fide stabiles ipsa conten-
„tione fatigantibus, usquequaq;
„jam plena sunt omnia. Aut er-
„gò à tua veneratione acciendus
„est Romam, & diligenter inter
„rogandus, quam dicat gratiam,
„quâ fateatur, si tamen jam fa-
„teatur, ad non peccandum ju-
„stéque vivendum homines ad-
„juvari. Aut hoc ipsum cum eo
„per litteras agendum, & cùm
„inventus fuerit hanc dicere,
„quam docet Ecclesiastica & A-
„postolica veritas, tunc sine ullo
„scrupulo Ecclesiæ, sine latibulo
„ambiguitatis ullius absolven-
„dus est, & tunc reverà de ejus
„purgatione gaudendũ est. Nun-
quid non cum Luthero egit Ec-
clesia, quod cum Pelagio suasit
Pontifici Romano Augustinus?
siquidem ab ea citatus est Ro-
mam, & ad Concilium Tridenti-
num,

Vocatus Romam Pelagius, ut ibi explorata doctrina eius vel damnaretur vel absolueretur.

nium, & si errorem agnoscens resipuisset, jubilante indubiè Ecclesia omni crimine fuisset solutus.

De eodem Pelagio scribit Augustinus Tom. 7. de peccato originali, cap. 21. sic: Visus est ad „tempus aliquid dicere, quod fi„dei Catholicæ conveniret, sed „illam Sedem usque in finem fal„lere non prævaluit. Post rescri„pta quippe Africani Concilii, in „quam provinciam quidem do„ctrina illa pestifera serpendo „pervenerat, sed eam non tam „latè occupaverat, alia quoque „ipsius in urbe Roma, ubi diu„tissimè vixerat, atque in his pri„ùs fuerat sermonibus conten„tionibusque versatus, cura fide„lium fratrum prolata patue„runt, quæ litteris suis, quas con„scripsit per orbem Catholicum „perferendas Papa Zozimus ex„ecranda, sicut legere potuistis, „attexuit. Nota vigilantiam Papæ Zozimi circa execrandã doctrinam Pelagii.

Romanam Sedem Pelagius fallere non prævaluit.

Papa Zozimus litteras per orbem Catholicum mittit, contra execrãda Pelagii dogmata.

De

De eodem Pelagio cap. 8. ita habet cit. August. Fefellit judi-
„cium Palæstinum, propterea ibi
„videtur esse purgatus. Roma-
„nam verò Ecclesiam, ubi eum
„notissimum esse scitis, fallere
„usquequaque non potuit, quã-
„vis & hoc fuerit utrumque co-
„natus, sed ut dixi, minimè va-
„luit. Resolvit enim beatissimus
„Papa Zozimus, quid imitandus
„præcessor ejus de ipsis senserit
„gestis. Attendit etiam quid de
„illo sentiret prædicanda in Do-
„mino Romanorum fides, quo-
„rum adversus ejus errorem pro
„veritate Catholica studia con-
„sonantia concorditer flagrare
„cernebat: inter quos ille diu
„vixerat, & quos eius dogmata
„latere non poterant.

Tom. 2. refert epist. 83. verba Innocentii Papæ ad Concil. Milevit. Pelagium Cœlestiumq;
„inventores vocum novarum,
„quæ sicut dixit Apostolus, ædi- *1. Tim. 2.*
fica-

„ficationis nihilum „ sed magis
„vanissimas consueverunt pare-
„re quæstiones , Ecclesiastica
„communione privari, Aposto-
„lici vigoris auctoritate cense-
„mus, donec resipiscant de dia-
„boli laqueis, à quo captivi te-
„nentur secundùm ipsius volun-
„tatem, eosque interim Domini-
„co ovili non recipi, quod ipsi
„perversæ viæ secuti tramitem
„deserere voluerunt. Abscinden-
„di enim sunt, qui vos contur-
„bant, & volunt convertere E-
„vangelium Christi. Simul autē
„præcipimus , ut quicunque id
„pertinacia simili defensare ni-
„tuntur, par eos vindicta con-
„stringat. Absint atriis Domini,
„careant custodia pastorali. A-
gnoscant hîc Acatholici, quod jā
tempore S. Augustini ad exem-
plum S. Pauli sententia excom-
municationis à Romano Ponti-
fice contrà hæreticos lata sit. Et
inde infert Doctor Africanus
Tom.

Sententia excommunicationis in hæreticos à Romano Pontifice lata.

Galat. 5.

Tom. 7. de peccato origin. c. 9.
„Videtis certè in his verbis,
„quemadmodum Papa Beatissi-
„mus Innocentius non tanquam
„de incognito loqui videatur,
„Videtis qualem tulerit de illius
„purgatione sententiam. Vide-
„tis, quid successor ejus Sanctus
„Papa Zozimus (notent hîc Lu-
therani, quàm honorifico titu-
lo ornet Augustinus Roma-
„nos Pontifices) recolere debue-
„rit, sicut recoluit, ut in eo sui
„præcessoris judicium remotâ
„cunctatione firmaret. Imò S.
Augustinus sua propria scripta
examini Romani Pontificis sub-
jecit, ut patet Tom. 7. contra
duas epist. Pelagianorum ad Bo-
nifacium Pontificem Romanũ:
„Hæc autem quæ duabus episto-
„lis eorum respondeo, uni scili-
„cet, quam dicitur, Romam mi-
„sisse Julianus, credo, ut per illã
„quos posset, suos aut inveniret,
„aut faceret: alteri autem, quam

,,decem & octo, velut Episcopi
,,participes ejus erroris, non ad
,,quoslibet, sed ad loci illius E-
,,piscopum suâ calliditate ten-
,,tandum & ad suas partes, si
,,posset fieri, traducendum, ausi
,,sunt Thessalonicam scribere:
,,hæc ergò, quæ istis, ut dixi dua-
,,bus epistolis illorum disputa-
,,tationi respondeo, ad tuam po-
,,tissimùm Sanctitatem dirigere,
,,non tam discenda, quàm exa-
,,minanda, & ubi forsan aliquid
,,displicuerit, emendanda, cõsti-
,,tui. Si tanti ingenii scriptor &
Doctorum Princeps volens scri-
pta sua Romani Pontificis exa-
mini & correctioni subjecit, cur
recusabunt ii, quos Augustinus
perspicacitate ingenii, profundi-
tate doctrinæ longissimo post se
intervallo relinquit, examinanda
Pontifici Romano sua scri-
pta subjicere?

S. Augusti-nus sua scri-pta exami-ni Romani Pontificis subiecit.

* * *

AR-

ARTICVLVS X.
De Missæ Sacrificio.

TAnta est in qualibet Religione Sacrificii necessitudo, ut faciliùs sit, teste Plutarcho, contra Colotem invenire urbes aut terram sine fundo, quàm gentem sine externo ritu aut sacrificio, quo sive veram sive falsam divinitatem colat. Cùm igitur in lege gratiæ sanctior floreat divini Numinis cultus, sanctiori quoque, soli divinitati competenti colenda est sacrificio, scilicet visibili sacratissimoque Missæ Sacrificio, de quo S. Augustinus Tom. 5. de Civit. Dei lib. 10 sic auspicatur c. 19.

„ Qui autem putant, hæc visibilia sacrificia (de Missà loquitur) Diis aliis congruere illi verò tanquam invisibili invisibilia & majora majori; meliorique meliora: qualia sunt puræ mentis & puræ voluntatis of-

„officia: profectò nesciunt hæc „ita esse signa illorum: sicut ver„ba vel sonantia signa sunt re„rum. Quocirca sicut orantes „atque laudantes ad eum dirigi„mus significantes voces, cui res „ipsas in corde, quas significa„mus, offerimus: ita sacrifican„tes non alteri visibile sacrifici„um offerendum esse noveri„mus, quàm illi, cujus in cordi„bus nostris invisibile sacrificiũ „nos ipsi esse debemus. Tunc „nobis favent, nobisque con„gaudent; atque ad hoc ipsum „nos pro suis viribus adjuvant „Angeli quique, virtutesque su„periores. Ecce quomodo Spiritus cœlestes secundùm doctrinam Augustini assistant Missam celebrantibus, quòd reverà non facerent, si non esset Deo gratũ sacrificium.

Sacrificium visibile signum invisibilis sacrificii.

Ideo Tom. 10. de Sanctis Ser. 11. ita habet *Subtus Altare Dei* vidi, inquit S. Joannes, *animas*

Apoc. 6. 9.

occi-

occisorum. Quid reverentiùs, „quid honorabiliùs dici potest, „quàm sub illâ arâ requiescere, „in quâ Deo sacrificium celebra„tur, in quâ offeruntur hostiæ, in „quâ Dominus est Sacerdos, sic„ut scriptum est: *Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech?* Rectè sub altari „justorum animæ requiescunt, „quia super altare corpus Do„mini offertur.

Ps. 109. 4.

Cur animæ sub altari requiescãt.

Et Tom. 3. de Fide ad Petrum cap. 19. scribit: Firmissimè tene, „& nullatenus dubites, ipsum „unigenitum Deum, Verbum „carnem factum pro nobis ob„tulisse sacrificium & hostiam „Deo in odorem suavitatis: cui „cum Patre & Spiritu Sancto à „Patriarchis, Prophetis, & Sa„cerdotibus tempore veteris Te„stamenti animalia sacrificaban„tur: & cui nunc, id est tempo„re novi Testamenti, cum Patre „& Spiritu Sancto, cum quibus

,,illi est una divinitas, sacrificium ,,panis & vini in fide & charitate, Sancta Ecclesia Catholica ,,per universum orbem terræ offerre non cessat. In illis enim ,,carnalibus victimis figuratio ,,fuit carnis Christi, quam pro ,,peccatis nostris ipse sine peccato fuerat oblaturus, & sanguinis, quem erat effusurus in ,,remissionem peccatorum nostrorum. In isto autem sacrificio gratiarum actio atque commemoratio est carnis Christi, ,,quam pro nobis obtulit, & sanguinis, quem pro nobis idem ,,Deus effudit. Et paulò pòst: ,,In illis ergò sacrificiis, quid nobis esset donandum, figuratè significabatur: In hoc autem Sacrificio, quid nobis jam donatũ ,,sit, evidenter ostenditur. In illis sacrificiis prænũciabatur Filius Dei pro impiis occidendus: ,,in hoc autẽ pro impiis annunciatur occisus. Quid clariùs di-

Per totum mundum sacrificium panis & vini Ecclesia Catholica offert.

In Missa gratiarum actio, & commemoratio est carnis Christi pro nobis oblatæ & sanguinis pro nobis effusi.

dici potest? profectò maxima est aut mentis cæcitas aut errantis mentis pertinacia, ut malit Luthero cũ Styge disputanti, quàm Sanctissimo Viro Augustino asserenti consentire.

Tom. 8. in Psal. 33. hæc habet: Erat, ut nostis, sacrificium „Judæorum secundùm ordinem „Aaron in victimis pecorum & „hoc in mysterio. Nondum e„nim erat sacrificium corporis „& sanguinis Domini quod fide„les norunt, & qui Evangelium „legerunt, quod sacrificiũ nunc „diffusum toto orbe terrarum. „Proponite ergo vobis ante o„culos duo sacrificia & illud se„cundùm ordinem Aaron, & „hoc secundùm ordinem Mel„chisedech. Scriptum est enim: *Juravit Dominus & non pœnitebit eum: Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech.*

Aliud est sacrificium secundùm Aaron & aliud secundùm Melchisedech.

Psal. 109.

Tom. 6. contra Adversarium legis & Prophetarum, lib. 1. cap.

18. ſic objicit. Sacrificiis Deum „non egere quis neſcit? ſed nec „laudibus noſtris eget; Verùm „ſicut nobis, nõ illi, utile eſt laudare Deum, ſic nobis, non illi „utile eſt offerre ſacrificium „Deo.

Nobis utile eſt ſacrificium.

Tom. 5. de Civit. Dei lib. 18. c. 35. Malachias prophetans Ec„cleſiam quam per Chriſtum „jam cernimus propagatam, Ju„dæis apertiſſimè dicit ex perſo„na Dei: *Non eſt mihi voluntas in vobis, & munus non ſuſcipiam de manu veſtrâ. Ab ortu enim ſolis uſque ad occaſum eſt magnum nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificabitur, & offeretur nomini meo oblatio munda.* Dicant nobis adverſarii, quænā ſit oblatio illa munda? videtur aliquibus ipſorum ipſam eſſe orationem, eleemoſynam, gratiarum actionem, verùm t m congrua eſt hæc illorum reſponſio, quàm congruè ſordes & inqui-

Malach. 1. 10.
Ab Eccleſia per totum orbem Deo offertur oblatio munda.

na-

namenta munda dicuntur, cùm proprio illorum testimonio nihil aliud sint enumerata opera quàm sordes & inquinamenta. Longissimè autem à vero, & à S. Augustino deviant, qui offerre corpus Christi & in cœna illud manducare idem esse asserunt. Nam Tom. 2, Epist. 122. ad Victorianum sub finem sic effatur S. Præsul:

„ Ora Deum pro eis (loquitur de fœminis captivis inter barbaros, qui castitatem obtulerunt Deo) & roga, ut etiam ipsas doceat talia dicere, qualia suprà „ mem oratus sanctus Azarias in- „ ter cætera in oratione & con- „ fessione suâ fudit ad Deum. Sic „ enim sunt illæ in terrâ captivi- „ tatis suæ, quomodo erant illi in „ eâ terrâ, ubi nec sacrificare „ more suo poterant Domino, „ sicut nec istæ possunt, vel ferre „ oblationem ad altare Dei, vel „ invenire ibi Sacerdotem, per

,,quem offerant Deo. Donet er-
,,go eis Dominus, ut ei dicant,
,,quod Azarias dixit in conſe-
,,quentibus precum ſuarũ. Non
,,eſt in hoc tempore Princeps &
,,Propheta, & Dux, non holo-
,,cauſta, neque oblatio, neque
,,ſupplicationes, nec locus ad ſa-
,,crificandum in conſpectu tuo
,,& invenire miſericordiam, ſed
,,in animâ contritâ & ſpiritu
,,humilitatis accipiamur. Sicut
,,in holocauſtomatibus arietum
,,& taurorum & in multitudine
,,agnorum pinguium, ſic fiat ſa-
,,crificium noſtrum in conſpe-
,,ctu tuo hodie &c.

Et de animâ & ejus origine, lib. I. cap. II. dicit; Salva fide ,,Catholica & Eccleſiaſtica regu-,,la, nulla ratione conceditur, ut ,,pro non baptizatis, cujuslibet ,,ætatis hominibus offeratur ſa-,,crificium corporis & ſanguinis ,,Chriſti, tanquam per huiuſmo-,,di pietatem ſuorum, & regnum

Pro non baptizatis non poteſt offerri.

cœ-

„cœlorum quo perveniant, adjuventur.

Tom. 6. lib. 1. contra Adversar. legis & Proph. c. 20. Eccle„sia ab Apostolorum tempori„bus per Episcoporum successio„nes certissimas usque ad nostra „& deinceps tempora perseve„rat, & immolat Deo in corpore „Christi sacrificium laudis, ex „quo Deus Deorum locutus vo„cavit terram à solis ortu usque „ad occasum. Hæc quippe Ec„clesia est Israël secundùm spi„ritum, à quo distinguitur ille „Israël secundùm carnem, qui „serviebat in umbris sacrificiò„rum, quibus significabatur sin„gulare sacrificium, quod nunc „offert Israël secundùm spiri„tum &c.

Per umbrā sacrificiorū Israelis secundùm carnem significabatur sacrificium quod nunc offert Israel secundùm spiritum.

Et paulò pòst: Iste immolat „Deo sacrificium laudis, non se„cundùm ordinem Aaron, sed se„cundùm ordinē Melchisedech, „scilicet panem & vinum.

Tom. 5. de Civit. Dei, lib. 16. cap. 22. Ibi quippe primū (quando fuit benedictus Abraham à Melchisedech) apparuit sacrificium, quod nunc à Christianis offertur Deo toto orbe terrarum, impleturque illud, quod longè post hoc factum per Prophetam dicitur, ad Christum, qui fuerat venturus in carnem: *Psal. 109.* *Tu es Sacerdos in æternum &c.*

Tom. 6. in Orat. contra Judæos, cap. 9. Scrutamini Scripturas, ipsæ testimonium perhibent de sacrificio mundo, quod offertur Deo Israël, non ab una gente vestrâ, de cuius manibus, non se accepturum prædixit, sed ab omnibus gentibus, quæ dicunt: *Venite ascendamus in montem Domini.* Nec in uno loco, sicut vobis præceptum erat in terrena Hierusalem, sed in omni loco usque in ipsam Hierusalem. Nec secundùm ordinem Aaron, sed secundùm ordi-

In omni loco offertur Missæ sacrificium.

di-

„dinem Melchisedech. Christo „enim dictum est, & de Christo: *Iuravit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech.* *Psal.* 109.

Adhuc clariùs Tom. 4. lib. 83. qq. 61. Dominus noster Jesus Christus ipse est Sacerdos „noster in æternum secundùm „ordinem Melchisedech, qui se „ipsum obtulit holocaustum pro „peccatis nostris, & eius sacri„ficii similitudinē celebrandam „in suæ Passionis memòriam „commendavit, ut illud, quod „Melchisedech obtulit Deò, jam „per totum orbem terrarum in „Christi Ecclesiâ videamus offe„ri.

Fit in memoriam Passionis.

Tom 5. de Civ. Dei, lib. 17. cap. 10. Sacerdos ipse mediator „Testamenti novi exhibet (men„sam) secundùm ordinem Mel„chisedech de corpore & sangui„ne suo. Id enim sacrificium suc-

Successit omnibus veteribus Sacrificiis.

„cessit omnibus illis sacrificiis „veteris testamenti, quæ immo„labantur in umbra futuri, pro„pter quod etiam vocem illam „in Psal. 39. ejusdem mediatoris „per Pophetiam loquentis a„gnoscimus: *Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi*, quia pro omnibus il„lis sacrificiis & oblationibus „corpus ejus offertur &c.

Psal. 39.

Tom. 10. de Temp. Ser. 150. „Christus novo Ecclesiæ popu„lo novum sacerdotium, & no„vum sacrificium initiavit, ut vi„delicet novum vinum in novos „utres mitteret. Imò audi quanta devotione ipsemet S. Augustinus ad Missæ Sacrificium peragendum se præparârit. Tom. 9. in Manuali cap. 11. sic orat: Pul„cherrime JESU Christe, rogo te, „per illam sacratissimam effu„sionem pretiosi sanguinis tui, „quo redempti sumus; da mihi „cordis contritionem & lacry-

S. Aug. devotissimè se præparavit ad Missæ sacrificium celebrandũ.

ma-

„marum fontem, præcipuè dum
„preces & orationes tibi offero,
„dum tuæ laudis psalmodiam ti-
„bi decanto , dum mysterium
„nostræ redemptionis manife-
„stæ misericordiæ tuæ indicium
„recolo vel profero , dum sacris
„altaribus licet indignus assisto,
„cupiens tibi offerre illud mi-
„rabile & cœleste sacrificium, o-
„mni reverentiâ & devotione di-
„gnum, quod tu Domine Deus
„meus Sacerdos immaculate in-
„stituisti, & offerre præcepisti
„in cōmemorationem tuæ cha- *Luc. 22.*
„ritatis, mortis scilicet & pas-
„sionis pro salute nostra , pro
„quotidiana nostræ fragilitatis
„reparatione. Confirmetur mēs
„mea inter tanta mysteria dul-
„cedine præsentiæ tuæ, sentiat te
„sibi adesse, & lætetur coram te.
Nunc lector Acatholicus pon-
deratis Augustini verbis ipse di-
scernat, num Augustini an dia-
boli sit assecla, dum una cum per-
ver-

verso Orco divinissimum ac fidelibus in Nova lege sacratissimum incruentum Missæ sacrificium malitiosè proscindit, ac sacrilegè risu opprobriisque commaculat.

ARTICVLVS XI.

Missæ sacrificium utiliter pro mortuis offertur, imò dæmones fugat.

IN Ecclesia Christi veræ divinitati legitimum ac juge in novâ Lege offerri sacrificium superior ex Augustino docuit Articulus, præsens comonstrat sanctam & salubrem esse cogitationem, illud offerre pro iis, qui expleto vitæ huius incolatu in fide discessêre, neque te lateat eius vis & sanctitas illud Stygi tremendum ex Augustino probatum habebis.

Primum Augustinus Tom. 1. lib. 9. Confess. cap. 13. piissimæ Matris suæ Monicæ ultimam morientis voluntatẽ describens

sic

sic prosequitur. Imminente die „resolutionis suæ non cogitavit „suum corpus sumptuosè con„tegi, aut condiri aromatibus, „aut monumentum electum „concupivit, aut curavit sepul„chrum patrium. Non ista man„davit nobis, sed tantummodò „memoriam sui ad altare tuum „fieri desideravit, cui nullius „diei prætermissione servierat, „unde sciret dispensari victimam „sanctam, quâ deletum est chi„rographum, quod erat contra„rium nobis, quâ triumphatus „est hostis computans delicta „nostra, & quærens quid objici„at, & nihil inveniens in illo, in „quo vincimus. Quis ei refun„det innocentem sanguinem? „quis ei restituet pretium, quo „nos emit auferat ei ut ad cujus „pretii nostri Sacramentum liga„vit ancilla tua animam suam „vinculo fidei.

S. Monicæ pietas & peculiaris affectus erga Missæ sacrificium.

Coloss. 2. 14.

Tom. 10. de Verbis Apostol.

Serm.

Serm. 32. Orationibus ve[illegible]san-
„ctæ Ecclesiæ & sacrificio saluta-
„ri & eleemosynis, quæ pro eo-
„rum spiritibus erogantur, non
„est dubitandum, mortuos ad-
„juvari, ut cum eis misericordi-
„ùs agatur à Domino, quàm eo-
„rum peccata meruerunt. Hoc
„enim à Patribus traditum uni-
„versa observat Ecclesia, ut pro
„eis, qui in corporis & sanguinis
„Christi communione defuncti
„sunt, cùm ad ipsum sacrificium
„loco suo commemorantur, o-
„retur ac pro illis quoque id of-
„ferri commemoretur &c.

Mortui adjuvantur Missæ Sacrificio.

Tom. 3. in Enchirid. cap. 109. scribit Augustinus. Neque ne-
„gandum est, defunctorum ani-
„mas pietate suorum viventium
„relevari, cùm pro illis sacrifici-
„um Mediatori offertur, vel e-
„lemosynæ in Ecclesiâ fiunt. Sed
„eis hæc prosunt, qui cùm vive-
„rent, hæc sibi prodesse, merue-
„runt. Est enim quidam vivendi

mo-

„modus, nec tam bonus, ut non „requirat ista post mortem: nec „tam malus, ut ei non prosint „ista post mortem.

Et paulò pòst: Cùm ergo sa„crificia sive altaris, sive quarum„cunque eleemosynarum pro „defunctis baptizatis omnibus „offeruntur; pro valdè bonis „gratiarum actiones sunt, pro „valdè malis etiamsi nulla sint „adjumenta mortuorum, qua„lescunque vivorum consolatio„nes sunt. Quibus autem pro„sunt, aut ad hoc prosunt, ut sit „plena remissio: aut certè, ut to„lerabilior fiat ipsa damnatio.

Iterum Tom. 4. in lib. de cura pro mortuis. Quæ cùm ita „sint, (ait) non existimemus, ad „mortuos, pro quibus curam „gerimus, pervenire, nisi quod „pro eis, sive altaris, sive oratio„num, sive eleemosynarum sa„crificiis solemniter supplica„mus, quamvis non pro quibus fiunt

Non omnibus prodest defunctis.

„fiunt omnibus, prosint, sed il-
„lis tantùm, quibus, dum vivunt,
„comparatur, ut prosint. Sed
„quia non discernimus, qui sint,
„oportet ea pro regeneratis om-
„nibus facere, ut nullus eorum
„prætermittatur, ad quos hæc
„beneficia possint & debeant
„pervenire. Meliùs enim super-
„erunt ista eis, quibus nec ob-
„sunt, nec prosunt, quàm eis de-
„erunt, quibus prosunt. Si nunc fidem præstandam Augustino censetis Acatholici, calumniantibus calamis & linguis frænum injicite, nec imperitæ plebis fallendi gratia, illud ungendis & ditandis Sacerdotum culinis utiliùs quàm animabus liberandis, asserite.

Secundum, scilicet propellendis dæmonibus maximam ei inesse vim, habet S. August. Tom. 5. de Civit. lib 22. cap. 8. ubi malignos spiritus vi sacrificii Missæ depulsos sequentibus narrat:

„Vir Tribunitius Hesperius, qui
„apud nos est, habet in territorio
„Fussalensi fundum Cubedi ap-
„pellatum. Ubi cum afflictione
„animalium & servorum suorũ,
„domum suam spirituum mali-
„gnorum vim noxiam perpeti
„comperisset, rogavit nostros
„me absente Presbyteros, ut ali-
„quis eorum pergeret, cujus o-
„rationibus cederent. Perrexit
„unus, obtulit ibi sacrificium
„Corporis Christi, orans quantũ
„potuit, ut cessaret illa vexatio,
„Deoque protinùs miserante,
„cessavit. Hinc colliget lector candidus, nulli quærendum esse, cur Acatholici tot conatibus sacrificium Missæ eliminatum cupiant: cùm enim maligno spiritui ita sit formidabile, ut iis in locis, quibus ritè offertur, nulla ei sit persistendi potestas. Ideò ad extremos ministros suos impellit conatus, ut illo abolito & obliterato ad omnia loca pro

Missæ sacrificiũ dæmonia fugat.

ten-

tentandis & in paucis deducendis hominibus aditum struant. Verùm Beatissimis Apostolis sacrificium hoc sacratissimum & quotidianum fuit, ut testantur illorum Liturgiæ maximè S. Petri, S. Matthæi, S. Jacobi, & S. Marci, Beatusque Andreas sic Ægeam alloquitur: Ego Omnipotenti Deo, qui unus & verus est, immolo quotidie, non taurorum carnes, nec hircorum sanguinē, sed immaculatum agnum in Altari, cujus carnes posteaquam omnis populus credentium manducarit, Agnus qui sacrificatus est integer perseverat ac vivus: idque præstitêre illorum tempore seculisque subsequentibus alii fideles. Nec præsumpsit malignus spiritus & Magister errorum aliquos ante tempora VViclessi inducere, ut aut calamo aut lingua hoc sacrificium oppugnarent, utpote continuatâ & nunquam interruptâ successione nimis

Ante VVicleffum nemo scripsit contra Missam.

mis mortalium mentibus insertum, donec refrigescente charitate proscriptaque à mortalibus omni religione & pietate, hanc quoque fidei veritatem scelerat orum mentibus exemit, ut Antichristus moribus suis complanatam inveniret viam, dum sacrificium Missæ, cui teste Daniele maximè movebit bellum, apud plurimos jam sublatum inveniret. Verùm contra ipsum ipsiusque præcursores nobis sufficiens propugnator est Augustinns.

ARTICVLVS XII.

Sancti in cœlo sunt suppliciter invocandi.

SI Sancti Angeli, Beatorumque mentes speculantes gloriam Regis æterni in cœlesti Hierusalem invocandi non sunt, vel est quod ope eorum non indigeamus, vel quod nobis ope indigis nihil vel auxilii, vel beneficii in vota vocati conferre possint.

Verùm si à Sanctis cœlestis Hierusalem civibus mortalibus ingentia conferri beneficia ignoras, hæc te docentem tibi adduco Augustinum Tom. 5. de Civ. Dei, lib. 22. cap. 8. sic scribentem: De totâ ipsâ causâ (Pauli cujusdam, qui ad reliquias S. Stephani fuerat à membrorum horribili tremore liberatus) aliquantò diligentiùs cœperam disputare, cùm ecce me disputante, voces aliæ, de memoria Martyris, novæ congratulationis audiuntur. Conversi sunt eò, qui me audiebant, cœperuntque concurrere: Illa enim (Palladia Pauli soror) ubi de gradibus descendit, in quibus steterat, ad sanctum Martyrem orare perrexerat. Quæ mox, ut cancellos attigit, collapsa similiter velut ad somnum, sana surrexit. Dum ergò requireremus, quid factum fuerit, unde iste strepitus lætus extiterit, ingressi sunt

Palladia orando ad S. Stephanum à gravi morbo liberata est.

„cum illâ in basilicam, ubi era-
„mus, adducentes eam sanam de
„Martyris loco. Tum verò tan-
„tus ab utroque sexu admiratio-
„nis clamor exortus est, ut vox
„continuata cum lacrymis non
„videretur posse finiri. Perducta
„est ad eum locum, ubi paulò an-
„te steterat tremens. Exultabant
„eam similem fratri factam, cui
„doluerant remansisse dissimilē:
„& nondum fusas preces suas
„pro eâ, jam tamen præviam vo-
„luntatem tam citò exauditam
„esse cernebant. Exultabant in
„Dei laudem voces sine verbis
„tanto sonitu, quantum nostræ
„aures vix ferre possent. Quid
„erat in corde exultantium nisi
„Christi fides, pro quâ Stephani
„sanguis fusus est? Agnosce hîc
invocationem S. Stephani Martyris miraculo confirmatam.

Aliud miraculum refert citatus Augustinus lib. 22. c. 8. circa medium. Erat quidam senex

„Florentius Hipponensis no„ster, homo religiosus & pau„per, qui sartoris se arte pasce„bat, casulam perdiderat, & un„de sibi emeret, non habebat: ad „viginti Martyres, quorum me„moria apud nos est celeberri„ma, clarâ voce, ut vestiretur, o„ravit. Audierunt eum adole„scentes, qui fortè aderant, irri„sores: eúmque discedentem „exagitantes, prosequebantur: „quasi à Martyribus quinqua„genos folles (follis est obolus seu aliud quoddam numismatis genus) unde vestimentum eme„ret, petivisset. At ille tacitus „ambulans, ejectum grandem „piscem palpitantem vidit in lit„tore, eúmque illis faventibus „atque adjuvantibus, apprehen„dit, & cuidam coquo Carchoso „nomine, benè Christiano, ad „coquinam conditariam, indi„cans quid gestum sit, trecentis „follibus vendidit, &c. sed co-

Sartor à Sanctis Martyribus folles & aureum annulũ accipit.

quus

,,quus concidens piſcem, annu-
,,lum aureum in ventriculo ejus
,,invenit, moxque miſeratione
,,flexus & religione perterritus,
,, homini eum reddidit, dicens:
,,Ecce quomodo viginti Marty-
,,res te veſtierunt. Hæc cùm à S. Auguſtino deſcripta noſcantur, nequaquam etiam ab ipſis Acatholicis ridenda cenſeo.

In eandem ſententiam Tom. 4. de curâ pro mortuis gerendâ, cap 4. ſcribit: Non video, quæ
,,ſunt adjumenta mortuorum
(ut apud memorias Sanctorum, corpora eorum ſepeliantur) niſi
,,ad hoc, ut dum recolunt, ubi
,,ſint poſita eorum, quos dili-
,,gunt, corpora, eisdem Sanctis,
,,illos tanquam Patronis ſuſce-
,,ptos apud Dominum adjuvan-
,,dos orando commendent. Ergò invocatio Sanctorum ſecundùm Auguſtinum non ſolùm vivis ſed & mortuis prodeſt.

Sancti orant etiam pro mortuis.

Ideo Tom. 4. locutionum de

Gen. 48. 16. Genesi lib. 1. cap. 200. dicit: „Jacob benedicens nepotes suos filios Joseph ait inter cætera: *Et invocabitur in his nomen meum & nomen patrum meorum.* „Unde notandum est, non solùm exauditionem, sed etiam „invocationem dici aliquando, „quæ non Dei, sed hominũ sint.

Non tantũ Deus sed & homo legitur invocari in S. Scripturâ.

Unde ipsemet S. Augustinus devotissimè solebat invocare Sanctos, sicut legimus Tom. 9. lib. Medit. c. 40. Sancta & im„maculata Virgo Dei Genitrix „Maria, & Mater Domini nostri „Jesu Christi intervenire pro „me digneris apud illum, cujus „meruisti effici templum. San„cte Michaël, sancte Gabriel, „sancte Raphaël, Sancti Chori „Angelorum, atque Archange„lorum, Patriarcharum atque „Prophetarum, Apostolorum, „Evangelistarum, Martyrum, „Confessorum, Sacerdotum, Le„vitarum, Virginum, omniumq;

ju-

„justorum, per illum, qui vos e-
„legit, & de cujus contempla-
„tione gaudetis, vos rogare præ-
„sumo, ut pro me culpabili, ipsi
„Deo supplicare dignemini, qua-
„tenùs de faucibus diaboli, & de
„morte perpetuâ merear libera-
„ri. Similem orationem habet
Augustinus ad Beatissimam Vir-
ginem. Tom. 10. Serm. de San-
ctis in Festo Annunciat. Serm. *Pulchra o-*
secundo, qui est Sermo 18. *ratio S. Au-*
„Beata Maria, quis tibi dignè va- *gustini ad*
„leat jura gratiarum ac laudum *B. Virginē.*
„præconia rependere, quæ sin-
„gulari tuo assensu mundo suc-
„curristi perdito? Quas tibi lau-
„des fragilitas humani generis
„persolvat, quæ solo tuo com-
„mercio recuperandi aditum in-
„venit? Accipe itaque quascun-
„que exiles, quascunque meritis
„tuis impares gratiarum actio-
„nes, & cùm susceperis vota, cul-
„pas nostras orando excusa. Ad-
„mitte nostras preces intra sa-

,,crarium exauditionis, & repor-
,,ta nobis antidotum reconcilia-
,,tionis. Sit per te excusabile,
,,quod per te ingerimus, fiat im-
,,petrabile, quod fidâ mente po-
,,scimus. Accipe quod offeri-
,,mus, redona quod rogamus,
,,excusa quod timemus, quia tu
,,es spes unica peccatorum; per
,,te speramus veniam delictorũ
,,& in te beatissima nostrorum
,,est exspectatio præmiorum.
,,Sancta Maria succurre miseris,
,,juva pusillanimes, refove fle-
,,biles, ora pro populo, interve-
,,ni pro Clero, intercede pro de-
,,voto fœmineo sexu, sentiant
,,omnes tuum juvamen, quicun-
,,que celebrant tuam comme-
,,morationem. Assiste parata
,,votis poscentium, & repende
,,omnibus optatum effectum.
,,Sint tibi studia assiduè oran-
,,di pro populo Dei, quæ merui-
,,sti benedicta redemptoré fer-
,,re mundi, qui vivit & regnat in
sæ-

Vocatur B Virgo spes unica peccatorum, scilicet post Christum.

„ſæcula ſæculorum. Hæc non concordant cum doctrina adverſariorum, & ideò malè ſonant in auribus eorum. Hæc cùm à doctrina Sectariorum longiſſimè diſtare noſcantur, acerbè illorũ vellicant aures, qui ſi ſanè ſentire non dedignarentur, agnoſcerent probè quantùm & à doctrinâ & exemplo Auguſtini diſcrepent, quibus tamen obſequendi gratiâ aliam precandi formulam ex eodem Auguſt. ipſis memoriæ mandandam ſubjungo. Nam Tom. 9. lib. Medit. c. 24. ſic habet: Felices Sancti Dei omnes,
„qui jã pertranſiſtis hujus mor-
„talitatis pelagus, & pervenire
„meruiſtis ad portum perpetuæ
„quietis, ſecuritatis & pacis, ſe-
„curi & tranquilli, ſemperque
„feſtivi atque gaudentes. Ob-
„ſecro vos per veſtram charita-
„tem, qui ſecuri eſtis de vobis,
„ſolliciti eſtote de nobis: ſecuri
„eſtis de veſtrâ immarceſſibili

Invocat S. Aug. omnes beatos in cœlo.

„gloriâ, solliciti estote de nostrâ
„multiplici miseriâ. Per ipsum
„vos rogo, qui vos elegit, qui
„vos tales fecit, de cujus pulchri-
„tudine jam satiamini, de cuius
„immortalitate jam immortales
„facti estis, de cujus beatissimâ
„visione semper gaudetis, estote
„jugiter memores nostri, subve-
„nite nobis miseris, qui adhuc in
„salo hujus vitæ circumstanti-
„bus agitamur procellis. Vos
„portæ pulcherrimæ, quæ in ma-
„gnam surrexistis altitudinem,
„adjuvate nos vile pavimentum,
„longè inferiùs jacentes. Date
„manum & erigite jacentes su-
„per pedes, ut convalescentes
„de infirmitate, fortes efficia-
„mur in bello. Intercedite & o-
„rate constanter atque indesi-
„nenter pro nobis miseris, mul-
„tumque negligentibus pecca-
„toribus, ut per vestras oratio-
„nes vestro sancto consortio
„conjungamur, quia aliter salvi
esse

,,esse non possumus. Sumus
,,namque valdè fragiles & nul-
,,lius virtutis homunciones, ani-
,,malia ventris & carnis manci-
,,pia, in quibus vix aliquod vir-
,,tutis vestigium apparet. Et ta-
,,men sub Christi confessione
,,positi, ligno crucis ferimur, na-
,,vigantes per hoc mare magnum
,,& spatiosum, ubi sunt reptilia, *Psal. 103. 25.*
,,quorum non est numerus, ubi
,,sunt animalia pusilla cum ma-
,,gnis, ubi est draco sævissimus,
,,semper paratus ad devorandũ, *Miseria*
,,ubi sunt loca periculosa Scylla *huius vitæ.*
,,& Charybdis, & alia innume-
,,rabilia, in quibus naufragantur
,,incauti, & in fide dubii. Orate
,,Dominum, orate piissimi, orate
,,omnia agmina Sanctorum, &
,,universi cœtus beatorum, ut
,,vestris precibus, meritisq; adju-
,,ti, salvâ nave & integris merci-
,,bus pervenire mereamur ad
,,portũ perpetuæ salutis & quie-
,,tis & continuæ pacis & nunquã

„finiendæ securitatis. Detumescant hîc adversarii, & suarum virtutum ac virium inopiam agnoscentes Sanctorum subsidia cum S. Augustino suppliciter efflagitare non dedignentur.

ARTICVLVS XIII.

Purgatorium esse convincitur.

Quamvis misericordiæ Dei non sit numerus, justitiæ tamen non minor est ratio: sicut enim illa nihil boni irremuneratum præterit, ita hæc nec minimam labem inultam sinit; ita quidem ut si hîc etiam pro minimis delictis satisfacere neglexeris, ibi salvus non eris, nisi quasi per ignem. Cujus rei locupletem testem habeto Augustinum.

Qui Tom. 4. de verâ & falsâ pœnitentiâ cap. 8. sic scribit: Ille „priùs purgandus est igne pur„gationis, qui in aliud seculum di-

,,distulit fructum conversionis. *Ibi purgandus est, qui hic distulit pœnitentiã.*
,,Hic autem ignis etsi æternus
,,non sit, miro tamen modo est
,,gravis, excellit omnem pœnam,
,,quã unquam passus est aliquis
,,in hâc vitâ. Nunquam in carne
,,tãta inventa est pœna, licet mi-
,,rabilia passi sint Martyres tor-
,,menta. Studeat ergò quilibet,
,,sic delicta corrigere, ut post
,,mortem non oporteat talem
,,pœnam tolerare. Quædam e-
,,nim peccata sunt, quæ sunt
,,mortalia, & in pœnitentiâ fiunt
,,venialia, non tamen statim sa-
,,nata.

Tom. 1. contra Manichæos de Genes. lib. 2. cap. 20. Hoc, *in sudore vultûs tui comedes panem tuum*, illi dictum est, qui coluerit agrum suum, qui ista pati- *Gen. 3.*
,,tur, donec revertatur in terrã,
,,de quâ sumptus est, id est, do-
,,nec finiat vitam suam. Qui
,,enim coluerit agrum suum in-
,,terius & ad panem suum, quam-

Qui agrum conscientiæ suæ negligenter excoluerunt, puniuntur vel pœnâ temporali vel æternâ.

„vis cum labore pervenerit, potest usque ad finem vitæ huius „hunc laborem pati; post hanc „autem vitam, necesse non est, „ut patiatur. Sed qui fortè agrũ „non coluerit, & spinis eum op„primi permiserit, habet in hâc „vitâ maledictionem terræ suæ „in operibus suis, & post hanc „vitam habebit vel ignem pur„gationis, vel pœnam æter„nam; ita nemo evadit istam sen„tentiam. Sed agendum est, ut „saltem in hâc tantum vitâ sen„tiatur.

Tom. 10. lib. 50. homil. Homiliâ 16. Felices, qui nunc benè „viventes facultatibus vel corpo„ri suo necessariis contenti & „de suo largi, in se casti, in alios „non cruenti, ab hujus putei pro„fundi flammeâ nocte se redi„munt. Hæc pœna illos mane„bit, qui amisso & non reparato „per pœnitentiam Baptismo in „æternũ peribunt. Ad quos dici-

tur:

tur; *Paleas autẽ comburet igni in-extinguibili.* Hi verò, qui tẽporalibus pœnis digna gesserunt, de „quibus Paulus: *Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem* per fluvium igneum, „de quo Propheticus sermo: *Et fluvius igneus currebat ante eum.* „per fluvium igneum & vada „ferventibus globis horrenda „transibunt. Quanta fuerit pec-„cati materia, tanta & pertran-„seundi mora. Quantùm exege-„rit culpa, tantùm sibi ex homi-„ne vendicabit quædam flammæ „rationabilis disciplina. Et quan-„tùm stulta iniquitas suggesserit, „tantùm sapiens pœna desæviet. „Et quia sermo divinus quodam „loco æneæ ollæ animam pecca-„tricem comparat dicens: *Pone illam super prunas vacuam, donec concalescat æs eius & omne stannum eius defluat.* Illic sermones „otiosi, & cogitationes iniquæ & sor-

Luc. 3. 17.

1. Cor. 3. 15.

Dan. 7. 10.

Ezech. 24. 11.

„& sordidæ, illic multitudo le-
„vium peccatorum, quæ purita-
„tem nobilis naturæ infecerant,
„exundabunt. Illic stannum &
„plumbum diversorum subre-
„pentium delictorum, quæ divi-
„nam imaginem obscuraverant,
„consummentur, quæ omnia hîc
„ab anima separari per eleemo-
„synas compendiosa transactio-
„ne potuissent. An non clarissi-
mè depingit hîc S. Augustinus
purgatorium?

Peccata leviora per ignem purgatorium expientur.

„ Dicet autem fors aliquis. (objicit sibi August. Tom. 10. de Sanctis Ser. 41. qui est 4. de animabus defunctorum) non perti-
„net ad me, quamdiu moras ha-
„beam, si tamen ad vitam æter-
„nam perrexero. Talia plures languidi quidam dicunt Catholici, sed audi quid sanctus Doctor respondeat: Nemo hoc dicat,
„fratres Charissimi, quia ille pur-
„gatorius ignis durior erit,
„quàm quid potest in hoc seculo

Durior erit ignis purgatorius, quã quicquid in mũdo pœnarũ cogitari potest.

pœ-

„pœnarum videri, aut cogitari „aut sentiri. Et cùm de die judi„cii scriptum sit, quod erit dies „unus tanquam mille anni, & „mille anni tanquam dies unus, „unde scit unusquisque, utrum „diebus an mensibus, an fortè „etiam & annis per illum ignem „sit transiturus? Et qui modò „nec unum digitum suum in i„gnem vult mittere, timeat ne„cesse est, vel tunc parvo tempo„re cum anima & toto corpore „cruciari. Et ideo totis viribus „unusquisque laboret, ut capita„lia crimina possit evadere & „minuta peccata ita bonis ope„ribus redimere, ut de ipsis nihil „videatur remanere, quod ille i„gnis possit absumere.

Reliquiæ peccatorum absumentur igne purgatorio.

Mat. 12. 32.

Nec in cælo nec in inferno dimittuntur peccata, ergo in tertio loco.

Probat ulterius Augustinus purgatorium ex illo Matth. 12. *Qui dixerit verbum in Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.* Ex quibus verbis colligit quædam

pec-

peccata post mortem remitti, non in cœlo, nec in inferno, ergò in tertio loco.

Probat autem sic Tom. 5. de Civit. Dei lib. 21. c. 13. Temporarias pœnas alii in hâc vitâ tantùm: alii post mortem, alii & nunc & tunc, veruntamen ante judicium illud severissimū novissimumque patiuntur. Non autem omnes veniunt in sempiternas pœnas, quæ post illud judicium his sunt futuræ, qui post mortem sustinent temporales. Nam quibusdam, quod in isto non remittitur, remitti in futuro seculo, id est, ne futuri seculi æterno supplicio puniantur, jam suprà diximus. Rarissimi sunt autem qui nullas in hac vitâ, sed tantùm post eam pœnas luunt.

Eodem libro cap. 24. sic scribit: Sicut etiam facta resurrectione mortuorū non deerunt, quibus post pœnas quas patiun-

,,untur spiritus mortuorum, im-
,,pertiatur misericordia, ut in i-
,,gnem non mittantur æternum.
,,Neque enim de quibusdam ve-
,,raciter diceretur, quod non eis
,,remittatur, neque in hoc secu-
,,lo, neque in futuro, nisi essent, *Matth. 12. 32.*
,,quibus etsi non in isto, tamen
,,remitteretur in futuro.

Tom. 8 Psal. 37. propè initi
um hæc habet Augustinus: *Do-* *Psal. 37.*
mine ne in indignatione tua arguas
me. Non sim inter illos, quibus
,,dicturus es. *Ite in ignem ater-* *Matth. 25. 41.*
num, qui paratus est diablo & an-
gelis eius. Neque in irâ tuâ emen-
,,des me, sed in hac vita purges
,,me, & talem me reddas, cui jam
,,emendatorio igne non opus sit, *Post mortē*
,,propter illos, qui salvi erunt, sic *est ignis e-*
,,tamen quasi per ignem. Quare, *mendatori-*
,,nisi quia hîc ędificant supra fun- *us, & ignis*
,,damentum, ligna, fœnum, sti- *æternus.*
,,pulam? si ædificarent autem
,,aurum, argentum, lapides pre-
,,tiosos & de utroque igne secu-

ri

„ri essent: non solùm de illo æ-
„terno, qui in æternùm cruciaturus est impios: sed etiam de
„illo, qui emendabit eos, qui per
„ignem salvi erunt: dicitur enim:
Ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem. Ibidem Ps. 103. Concion. 3. exponit locum illum: *Aves autem non divisit.* Ro-
Gen. 15. 10. „go vos fratres, audite & profi-
„cite: excutite vos de loco car-
„nali, pergite in turturem & co-
„lumbam. Aves enim non divi-
„sit, sed quicunque talis perman-
„serit, & secundum quendã mo-
„dum vitæ aptum carnalibus &
„de gremio Ecclesiæ non reces-
„serit, & non fuerit seductus ab
„hæreticis, ut ex contrariâ parte
„dividatur, caminus veniet & ad
„dexteram poni sine camino nõ
„poterit. Sed si caminum pati
„non vult, pergat in turturem &
„columbam. Qui potest capere,
„capiat. Si autem non sic erit, &
„ædificaverit super fundamentũ
ligna,

„ligna, fœnum, stipulam, id est, „amores seculares fundamento „fidei suæ superædificaverit, ta- „men si in fundamento sit Chri- „stus, ut primum locum ipse ha- „beat in corde, & ei nihil omni- „nò anteponatur: portantur ta- „les, tolerantur & tales. Veniet „caminus, incendet ligna, fœnũ, „stipulam. *Ipse autem*, inquit, *sal- vus erit sic tamen quasi per ignem.* „Hoc aget caminus, alios in sini- „stram separabit, alios in dexte- „ram quodammodo eliquabit. Locum illum Apostoli; *Si cuius* 1. Cor. 3. *opus arserit, detrimentum patietur, ipse tamen salvus erit: sic tamen quasi per ignem.* Africanus Do- ctor pluribus explicat Serm. 41. de Sanctis dicens: Multi sunt, „qui lectionem istam malè in- „telligentes falsâ securitate de- „cipiuntur, dum credunt, quòd si „supra fundamentum Christi ca- „pitalia crimina ædificent: pec- „cata ipsa per ignem transitori-

um

„um possint purgari, & ipsi postea ad vitam perpetuam pervenire. Intellectus iste fratres charissimi corrigendus est: quia ipsi se seducunt, qui taliter sibi blandiuntur. Illo enim transitorio igne de quo dixit Apostolus: *Ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem*: non capitalia sed minuta peccata purgantur. Et quamvis, quod peius est, non solùm majora, sed etiam minuta, si nimirum plura sunt, mergunt. De ipsis tamen majoribus sive minoribus peccatis etsi non omnia vel aliqua commemoranda sunt: ne aliquis se inaniter excusare conetur, & dicat nescire se, quæ sint minuta peccata, vel crimina capitalia. Et quamvis Apostolus capitalia plura commemoraverit: nos tamen, ne desperationem facere videamur, breviter dicimus, quæ sint illa, sacrilegium, homicidium, adulterium, falsum testi-

Differunt inter se peccata maiora & minuta, id est, mortalia & venialia.

Audiant hic Acatholici distinctionẽ peccatorum in capitalia & minuta seu venialia.

Quæ sint peccata maiora seu mortalia.

„ſtimonium, furtum, rapina, ſu-
„perbia, invidia, avaritia, & ſi
„longo tempore teneatur ira-
„cundia, & ebrietas ſi aſſidua ſit,
„in eorum numero computatur.
„Quicunque enim aliqua de iſtis
„peccatis in ſe dominari cogno-
„verit: ſi non dignè ſe emenda-
„verit, & ſi habuerit ſpatiū, lon-
„go tempore pœnitentiam ege-
„rit, & largas eleemoſynas ero-
„gaverit, & à peccatis ipſis abſti-
„nuerit, illo tranſitorio igne,
„de quo ait Apoſtolus: purgari
„non poterit, ſed æterna illum
„flamma ſine ullo remedio cru-
„ciabit. Quæ autem ſunt peccata
„minuta: licet omnibus nota
„ſint; tamen quia longum eſt, ut
„omnia replicentur: opus eſt, ut
„ex eis vel aliqua nominemus.
„Quoties aliquis in cibo aut in
„potu plus accipit, quàm neceſſe
„ſit: ad minuta peccata noverit
„pertinere. Quoties plus loqui-
„tur, qàm oportet; aut plus ta-
cet,

Quæ ſint peccata minuta ſeu venialia.

„taçet, quàm expedit. Quoties
„pauperem importunè petentē
„exasperat. Quoties cùm corpo-
„re sit sanus, aliis jejunantibus
„prandere voluerit, aut somno
„deditus tardiùs ad Ecclesiam
„surgit. Quoties excepto deside-
„rio filiorum uxorem suam co-
„gnoverit. Quoties in carcere
„clausos & in vinculis positos
„tardiùs requisierit. Quoties in-
„firmos tardiùs visitaverit. Si di-
„scordes ad concordiam revoca-
„re neglexerit, si plus aut proxi-
„mum aut uxorem, aut filium,
„aut servum exasperaverit, quàm
„oportet &c. Hæc enim & his si-
„milia ad minuta peccata perti-
„nere dubium non est, quæ sic-
„ut jam dixi, enumerari vix pos-
„sunt, & à quibus non solùm po-
„pulus Christianus sed etiā nul-
„lus Sanctorum immunis esse
„potuit aut poterit. Quibus pec-
„catis licet occidi animam non
„credamus; ita tamen eam velut

Peccata minuta etsi animā non occidunt, tamen deformant.

qui-

„quibusdam pustulis & quasi
„horrenda scabie replentes, de-
„formem faciunt, ut eam ad am-
„plexus illius sponsi cœlestis aut
„vix aut cum grandi confusione
„venire permittant. De quo scri- *Ephes. 5. 27.*
„ptum est: *Aptavit sibi Ecclesi-*
am non habentem maculam aut ru-
gam. Et ideo continuis oratio-
„nibus & frequentibus jejuniis
„& largioribus eleemosynis, & *Dum hic*
„præcipuè per indulgentiam eo- *vivimus, o-*
„rum, qui in nos peccant, assi- *rationibus,*
„duè redimantur, ne fortè simul *ieiuniis, &*
„collecta cumulum faciant & de- *eleemosynis*
„mergant animam. Quicquid e- *peccata re-*
„nim de istis peccatis à nobis re- *dimenda*
„demptum non fuerit, illo igne *sunt.*
„purgandum est, de quo dixit
„Apostolus: *Quia in igne reve-* *1. Cor. 3.*
labitur, Et, *si cuius opus arserit, de-*
trimentum patietur &c. Et tan-
dem ibidem sic concludit: Ideo
„quoties in lectione Apostolicâ
„audieritis: si quis supra funda-
„mentum Christi superædificat

au-

„aurum, argentum, lapides pre-
„tiosos, de Sanctis hoc & per-
„fectis Christianis accipite, qui
„velut aurum purgatum mere-
„buntur ad æterna præmia per-
„venire. Illi verò qui superædifi-
„cant ligna, fœnum & stipulam
„de bonis Christianis, sed negli-
„gentibus minuta peccata pur-
„gare, ut sæpè dictum est, intelli-
„gite; quæ peccata, si nec divina
„justitia multis tribulationibus
„purgaverit, nec unusquisque e-
„leemosynarum largitate rede-
„merit, non sine grandi dolore
„in illis implebitur, quod dicit
„Apostolus: *Si cuius opus arserit,*
detrimentum patietur, ipse autem
salvus erit, sic tamen quasi per
ignem. Nemo tamen, sicut jam
„supra dictum est, se ipsum cir-
„cumveniat, ut hoc etiam pro
„capitalibus criminibus, si incu-
„rata remanserint, posse fieri cre-
„dat. Quis nunc tam exoculatæ
mentis est, ut non tantùm firmâ
apud

apud Augustinum fuisse purgatorii fidem, sed etiam hanc ipsam disertissimè litteris consignatam negare audeat? Profectò tam clara sunt, ut ad aliud figmentum inconstantes propellat Acatholicos; cùm enim tam claris verbis purgatorium ab Augustino assertum agnoscant, confitentur Augustinum non solùm illius assertorem sed & inventorem, utpote qui primus è Patrum cœtu illud asseruerit. Verùm ut agnoscere valeas quâ fide & sinceritate id afferant, perlege 2. partis Centuriæ meæ concionatoriæ exhortationis 47. numerum 6. ubi non solùm diversos antiquiores Patres sed & Apostolos nostræ sententiæ testes & assertores adductos invenies.



ARTICVLVS XIV.

De Ecclesiæ Sacramentis.

QUemadmodū provida mater Natura fœtui, quem luci dedit, in nullo deest, ut ad debitam congruentibus mediis provehat perfectionem, ita Christus Dominus Ecclesiæ Sponsæ suæ congruentissima concessit media, quibus filios ad perfectissimum perducat spiritualis vitæ statum, nempe septem verè & propriè dicta Sacramenta. Nam primo scilicet Baptismo, generat, Confirmatione roborat, Eucharistiâ nutrit, Pœnitentia sanat, Extremâ Unctione veluti quadam Diæta morborum reliquiis medetur, Ordine regit & gubernat, Matrimonio successionem conservat, & hæc esse verè & propriè dicta Sacramenta, docebit te Augustinus, qui Tom. 2. Epist. 118. cap. 1. ad Januarium sic scribit.

Septem sunt Ecclesiæ Sacramenta.

Ita-

„ Itaque tenere te volo, quod
„est hujus disputationis caput:
„Dominum nostrum JESUM
„Christum, sicut ipse in Evange- *Matth. 11.*
„lio loquitur, levi jugo suo nos
„subdidisse & sarcinæ levi. Unde
„Sacramentis numero paucissi-
„mis, observatione facillimis, si-
„gnificatione præstantissimis; so-
„cietatem novi populi colliga-
„vit. Sicuti est Baptismus, Trini-
„tatis nomine consecratus;
„Communicatio Corporis &
„Sanguinis ipsius, & si quid ali-
„ud in Scripturis Canonicis
„commendatur. In his clarè fa-
cit mentionem S. Doctor duo-
rum Sacramentorum scilicet Ba-
ptismi & Eucharistiæ, quæ ple-
rumque Acatholici admittunt;
interim tamen plura insinuat in
his verbis: & si quid aliud in Ca-
„nonicis scripturis commenda-
tur.

Ideo Tom. 7. contra litt. Pe-
til. lib. 2. cap. 104. manifestè ad-

S. Augustinus præter Baptisma & Eucharistiam admittit Sacramentum Chrismatis.

mittit tertium Sacramentum Confirmationis, ita scribens; Sa-„cramentum Chrismatis (id est Confirmationis, quia Chrisma est de hujus essentiâ) in genere „visibilium signorum, sacrosan-„ctum est, sicut ipse Baptismus. Tom. 9. in Epist. Joann. Tract. 3. sic habet. Unctio spiritualis „ipse Spiritus sanctus est, cujus „Sacramentum est in Unctione „visibili.

Tom. 8. in Psal. 26. in Præfat. enarrat. 2. Ungimur enim modò „ait, in Sacramento (Confir-„mationis) & Sacramento ipso „præfiguratur quiddam, quod „futuri sumus. Et illud: nescio „quid futurum ineffabile deside-„rare debemus & in Sacramento „gemere, ut in eâ re gaudeamus, „quæ Sacramento præmonstra-„tur.

Tom. 9. in Epist. Joan. Tr. 6. „Si vis nosse, quia accepisti Spi-„ritum sanctum, interroga cor

tuum,

„tuum, ne fortè cùm Sacramen- „tum habes, virtutem Sacramen- „ti non habeas. Insinuat hîc Sanctus aliud esse Sacramentum, aliud virtutem Sacramenti. *Aliud est Sacramentum & aliud virtus Sacramenti.*

Tom. 8. in Psal. 141. circa medium loquitur de modo, quo Sacramentum Confirmationis administratur, dum scribit: Mul- „ta Sacramenta aliter atque ali- „ter accipimus. Quædam sicut „nostis, ore accipimus, quædam „per totum corpus accipimus. „Quia verò in fronte erubesci- „tur, ille qui dixit: *Qui erubuerit me coram hominibus; erubescam eum corã Patre meo*, ipsam igno- „miniam quodammodo & quã „Pagani derident, in loco pudo- „ris nostri constituit. Nam ut ibidem in Psal. 30. Concion. 3. habet. Non sine causâ signum „suum Christus in fronte nobis „figi voluit, tanquam in sede „pudoris, ne Christi opprobrio „Christianus erubescat. Quid ad *Sacramentum Confirmationis in fronte recipitur.* *Luc. 9. 26.* *Signũ crucis formatur in fronte tanquã in sede pudoris, ne Christianus Christi opprobrium erubescat.*

hæc dicunt adversarii, qui Angelis adorandam derident crucem? Audiant: veniente in novissimis „judice justo, *apparebit signũ filii* „*hominis in cælo*, tunc profectò „vindicabit ultor Deus injurias „victoriæ suæ Trophæo illatas, & „in illorum interitu, qui modò „gloriæ suæ signum contemptui „habent, ridebit.

Matth. 24. 30.

Audi eundem August. Tom. 9. in Evang. Joan. Tr. 118. Po„stremò, quid est, quod omnes „noverunt, signum Christi, nisi „crux Christi? quod signum nisi „adhibeatur sive frontibus cre„dentium, sive ipsi aquæ, quâ „regenerantur, sive oleo, quo „chrismate unguntur, sive sacri„ficio, quo aluntur, nihil eorum „ritè perficitur. Quomodo ergo „per id, quod mali faciunt, nihil „boni significatur, quando per „Crucem Christi, quam fece„runt mali, in celebratione Sa„cramentorum ejus bonum no-

Sine signo Crucis nihil ritè perficitur.

bis

,,nobis omne signatur? Finem hujus Sacramenti insinuat Tom. 3. in Sententen tiis. sentent. 362. ,,Christi nomen à Chrismate est, ,,id est ab Unctione. Quâ ideo ,,omnis Christianus sanctifica- ,,tur, ut intelligat, se non solùm ,,sacerdotalis & regiæ dignita- ,,tis esse consortem, sed etiam ,,contra diabolum fieri luctato- rem.

Per Chrisma non solùm Christiani sed & luctatores efficimur.

Tom. 3. de Eccles. dogm. cap. 52. docet Augustinus hæc: Si qui ,,apud illos hæreticos baptizati ,,sunt, qui in sancta Trinitatis ,,confessione baptizant, & veni- ,,unt ad nos, recipiantur quidem ,,ut baptizati, ne sanctæ Trini- ,,tatis invocatio vel confessio an- ,,nulletur: sed doceantur integrè ,,& instruantur, quo sensu san- ,,ctæ Trinitatis mysterium in Ec- ,,clesiâ teneatur, & si consentiũt ,,credere, vel acquiescunt cõfite- ,,ri purgati jã fidei integritate, ,,cõfirmẽtur manus impositione.

Hæretici baptizati non sunt rebaptizandi.

Sed in fide instruendi & per manus impositionẽ confirmandi.

„Si verò parvuli sunt vel hebe-
„tes, qui doctrinam non capi-
„unt, respondeant pro illis, qui
„eos offerunt juxta morem ba-
„ptizandi: & sic manus imposi-
„tione & Chrismate muniti, Eu-
„charistiæ mysteriis admittan-
„tur.

Docet etiam August. in diversis locis specialiter Tom. 4. Novi Testamenti q 42. Sacramentū Confirmationis non ab alio posse administrari, quàm ab Episcopo, sic enim habet: Non pertinet ad omnes credentes, sed ad Episcopos tantùm, ut baptizatis per manus impositionem dent Spiritum sanctum. Ad exemplum scilicet Apostolorum. Hinc omnis admirationi præcluditur locus, cur Acatholici hoc Sacramentum ex numero Sacramentorum Ecclesiæ deleant, non enim ipsis est huius Sacramenti legitimus Minister, qui est Episcopus legitimè consecratus, quo carent.

Sacramentū Confirmationis à solo Episcopo confertur. Act. 8.

AR-

ARTICVLVS XV.

De Pœnitentiâ.

ÆGrotantis animæ medicina (ut art. priori dictum) est Pœnitentia, quàm S. Augustin. Tom. 2. epist. 180. ad Honorat. „Sacramentum reconciliationis „vocat, & quidem hujus claves (verba sunt August. Tom. 3. de doct. Christianâ l. 1. c. 16. 17. & 18.) dedit Ecclesiæ suæ, ut, „quæ solveret in terra, soluta essent & in cœlo, quæ ligaret in „terra, ligata essent & in cœlo: „scilicet ut quisquis in Ecclesia „ejus dimitti sibi peccata non „crederet, non ei dimitterentur, „quisquis autem crederet, seque „ab his correptus averteret, in „ejusdem Ecclesiæ gremio con„stitutus, eâdem fide atque cor„rectione sanaretur. Ergò extra veram Christi Ecclesiam nulla remittuntur peccata, sine quorũ remissione salvari non possumus.

Pœnitentia est Sacramentum reconciliationis.

Matth. 16. 19.

Nam Tom. 10. lib. 50. Homiliarum, homil. 12. scribit: In om-
„nibus Scripturis divinis, fratres
„charissimi, utiliter ac salubriter
„admonemur, ut peccata nostra
„debeamus jugiter & humiliter
„non solùm Deo, sed etiam San-
„ctis & Deum timentibus con-
„fiteri. Sic enim per Jacobum A-
„postolum nos admonet Spiri-
„tus sanctus dicens: *Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro invicem, ut salvemini.* Et Psalmista: *Dixi, confitebor adversum me injustitias meas Domino.*
„Nec ideò vult Deus, ut confi-
„teamur peccata nostra, quòd
„ea ipse scire non possit: sed quia
„diabolus hoc desiderat, ut inve-
„niat, quod nobis ante tribunal
„Judicis æterni objiciat. Ideò
„vult, ut magis defendere, quàm
„accusare peccata nostra veli-
„mus. E contrario autem Deus
„noster, quia pius est & miseri-
„cors, vult, ut ea confiteamur in
hoc

Peccata non solùm Deo, sed & Sacerdoti debemus confiteri.

Iac. 5. 16.

Psal. 31.

Diabolus suadet, ut occultemus peccata, contrarium facit Deus.

,,hoc seculo,ne pro illis confun-
,,damur postea in futuro. Si e-
,,nim nos confitemur, ille par-
,,cit &c.

Tom. 9. lib. 2. de visit.infirm. cap. 4. & 5. egregiè scribit de hoc Sacramento: Sunt quidam, ,,qui sufficere sibi ad salutem au-
,,tumant, si soli Deo, cui nihil
,,occultum est,quem nullius la-
,,tet conscientia, sua confitean-
,,tur crimina. Nolunt enim,aut
,,erubescunt sive dedignantur o-
,,stendere se Sacerdotibus, quos
,,tamen inter lepram & lepram
,,discernere per legislatorẽ con-
,,stituit Dominus. Sed nolo, ut
,,ipsa decipiaris opinione,quate-
,,nus confundaris confiteri co-
,,ram Domini Vicario,tabescens
,,præ rubore,vel cervicosus præ
,,indignatione: nam ipsius hu-
,,militer subeundum est judiciũ,
,,quem Dominus sibi non dedi-
,,gnatur Vicarium. Ergò ad te
,,venire roges Sacerdotem, &

Sacerdotis est discernere inter lepram & lepram.

„fac ipsum conscientiarum tuarum penitus participem &c.

Etiam cogitationes sunt aperiendæ.

Et paulò post: Aperi ei, Sacerdoti scil. penetraliū tuorum „abditissima latibula, conscientiarum verecundarum penitiora revela repagula. Non te pudeat coram uno dicere, quod „te non puduit forsitan coram „multis facere: nam humanum „est peccare, Christianum est à „peccato desistere, diabolicum „est perseverare. Ergò quæ mentem graviùs exacerbant facinora, Dei Angelo manifesta, nihil „obscurum dicens, culpam nullis „ambagibus involvens, nullis „circuitionibus, quod verum est „operiens. Designanda sunt etiam, in quibus peccâsti loca, si „recordaris, & tempora, cum

Circumstātiæ quoque peccatorum sunt confitendæ.

„quibus peccâsti personis, non „nomina ipsarū, etiam ut à peccato desistant, secretô corrigenda familiaritas, in quâ peccâsti labilis ætàs, quo gradu jam

Ec-

„Ecclesiæ inserviebas, utrum semel, an ex consuetudine; utrũ „necessitate, an ex voluptate ce„cidisti. Ecce quàm pulchrè doceat nos S. Aug. peccata confiteri, & etiam eorundem circumstantias manifestare, eorum tantum quorum recordamur. De aliis enim dicere poteris cum Davide: *Ab occultis meis munda me.* Ps. 18. 13.

„ Quid enim prodesset Lazaro, ait August. Tom. 8. in Psal. 101. Concion. 2. quia processisset de „monnmento, nisi diceretur, sol„vite eum, & sinite abire? Ipse „quidem voce de sepulchro su„scitavit (scilicet Christus) ipse „clamando animam reddidit, „ipse terrenam molem terreno „sepulchro impositam vicit, & „processit ille vinctus. Non er„gò pedibus propriis, sed virtute „producentis fit hoc in corde „pœnitentis. Cùm audis homi„nem pœnitere peccatorum suorum, Peccator debet à Sacerdote absolvi.

„rum, jam revixit: Cùm audis „hominem confitendo proferre „conscientiam, jam de sepulchro „eductus est, sed nondum solu-„tus est. Quando solvitur? à „quibus solvitur? *Quæ solveritis*, inquit, *in terra, erunt soluta & in cœlo.*

Praeter confessionem satisfactio requiritur & Contritio.

Sed præter Contritionem, Confessionem & Absolutionem à peccatis restat adhuc satisfa-ctio tanquam pars integralis, ut Theologi dicunt, pœnitentiæ Sacramenti, hanc clarè docet S. Augustinus, Tom. 9. de pœnit. medicinâ cap. 15. qui Tractatus idem est cum homiliâ quinquagesimâ in Tom. 10. Erravit igitur Erasmus, cùm eundem Tractatum in altero loco negat esse Augustini, in altero inter ejus opera connumerat. Non sufficit (ait Augustinus) mores in meli-„us commutare & à malis factis „recedere, nisi etiam de his, quæ „facta sunt, satisfiat Deo per pœ-

ni-

„nitentiæ dolorem, per humili-
„tatis gemitum, per contriti cor-
„dis sacrificium cooperantibus
„eleemosynis. *Beati enim miseri-* Matth. 5.
cordes, quoniam & ipsi misericor-
diam consequentur. Non enim
„dictum est, ut tantùm abstinea-
„tis à peccatis, sed & de præteri-
„tis, inquit, deprecare Dominũ,
„ut tibi dimittantur. Nam bo-
„na est peccati confessio, scribit
Augustinus Tom. 3. in Senten-
tiis. sentent. 101. ex Tom. 8. in
Psal. 37. decerptis, si & curatio
„consequatur. Quid enim pro-
„dest detegere plagam & non
„adhibere medicinam? Confes-
„sionem ergò ait S. Aug. Tom.
10. de Sanctis Serm. 39. (qui est
2. de animabus fidelium defun-
ctorum) quæramus puro corde,
„& pœnitentiam datam à Sacer-
„dotibus perficiamus.

Data pænitentia à Sacerdote adimplenda est.

Tom. 9. Tr. 24. in Evang. Jo-
annis docet Sanctus Ecclesiæ
Doctor, non totam semper pœ-
nam

pœnam remitti ſimul cum culpâ pœnitentibus. In malis enim, „ait, quæ quisque patitur, non in „bonis, quibus fruitur, opus eſt „patientiâ. Hanc itaque vitam, „de quâ ſcriptum eſt: *Nunquid non tentatio eſt vita hominis ſuper terram?* in quâ quotidie clama„mus ad Dominum: libera nos „à malo: cogitur homo tolerare „etiam remiſſis peccatis; quam„vis ut in eam veniret miſeriam „primùm fuerit cauſa peccatum: „Productior eſt enim pœna, „quàm culpa: ne parva putare„tur culpa, ſi cum illâ finiretur „& pœna. Ac per hoc vel ad de„monſtrationem debitæ miſeriæ „vel ad emendationem labilis „vitæ, vel ad exercitationem ne„ceſſariæ pœnitentiæ, tempora„liter hominem detinet pœna: „etiam quem jam ad damnatio„nem ſempiternam reum non „detinet culpa. Tale aliquid, ait Auguſt. Tom. 7. de peccat. mer.

Iob 7.

Non ſemper dimiſſâ culpâ remittitur tota pœna ob varias cauſas.

&

& remiss. lib. 2. cap. 34. no-
„bis insinuatum est de Patriar-
„cha David in libro Regnorum,
„ad quem Propheta cùm missus 2. Reg. 12.
„esset, eique propter peccatum,
„quod commiserat, eventura
„mala ex iracundiâ Dei commi-
„naretur, confessione peccati
„veniam meruit, respondente
„Prophetâ, quod illud ei flagiti-
„um facinusque remissum sit, &
„tamen consecuta sunt, quæ De-
„us fuerat comminatus, ut sic
„humiliaretur à filio. Et ex hac
doctrinâ firmum sumimus fun-
damentum, quo probatur pur-
gatorium, & indulgentiæ. sed ad
alia.

ARTICVLVS XVI.
De Eucharistiâ.

HAnc verum Ecclesiæ Sacra-
mentum esse jam insinuavi
articulo 14. & vocat illud Tom.
10. de Verbis Apost. Ser. 2. Au- *Eucharistia*
gustinus: Sacramentum fidelium, *est Sacra-*
& Tom. *mentum fi-*

delium, & mensæ Dominicæ.

& Tom. 7. de peccat. meri. & remiss. lib. 1. cap. 24. Sacramen-,,tum mensæ Dominicæ. Ideo nullam hic moram traho, sed ad illa, quæ contra Acatholicos de hoc Sacramento Augustinus docet, transeo. Inprimis scribit S. August. contra Acatholicos ve-

In hoc est verum corpus Christi etiam ante sumptionẽ.

rum Corpus Christi & verum sanguinem ejus, non in usu tantùm, quando sumitur, verùm etiam ante sumptionem esse in hoc Sacramento. Nam Tom. 8. Psal. 33. Conc. 1. explicat verba: *Et ferebatur in manibus suis.* ,,Hoc verò fratres quomodo ,,posset fieri in homine, quis in-,,telligat? quis enim portatur in

Christus in cœna se ipsum portavit in manibus suis.

,,manibus suis? manibus aliorum ,,potest portari homo, manibus ,,suis nemo portatur. Quomo-,,do intelligatur in ipso David ,,secundùm litteram, non inve-,,nimus, in Christo autem inve-,,nimus. Ferebatur enim Chri-,,stus in manibus suis, quando

com-

„commendans ipsum corpus su- *Matth. 26. 26.*
„um ait: *Hoc est Corpus meum.*
„Ferebat enim illud corpus in
„manibus suis. Et ideo nos Catholici firmiter cum Augustino credentes post consecrationem etiam ante usum seu comestionẽ adesse verum Corpus Christi, devotè adoramus illud & quidẽ cultu latriæ. Nam S. Aug. Tom. 8. Psal. 98. ita exponit verba illa; *Adorate scabellum pedum eius* *Psal. 98. 5.* *quoniam Sanctum est.* Quid ha-
„bemus adorare? scabellum pe-
„dum eius. Suppedaneum dici-
„tur scabellum, quod dicitur
„græcè ὑποπόδιον, dixerunt Latini
„scabellum & alii dixerunt sup-
„pedaneum. Sed videte fratres,
„quid nos jubeat adorare. Alio
„loco Scriptura dicit: *Cælum* *Isa. 66. 1.* *mihi sedes est, terra autem scabellũ pedum meorum.* Ergò terram ju-
„bet nos adorare, quia dixit alio
„loco, quod sit scabellum pedum
„Dei? at quomodo adorabimus
ter-

„terram, cùm dicat apertè Scri-
Matth. 4. 10. „ptura: *Dominum Deum tuum adorabis?* Et hîc dicit: *Adorate scabellum pedum eius.* Exponens „autem mihi, quid sit scabellum „pedum ejus. *Terra autem sca-*
Act. 7. 49. *bellum pedum meorum.* Anceps „factus sum, timeo adorare ter„ram, ne damnet me, qui fecit „cœlum & terram. Rursum ti„meo, non adorare scabellum „pedum Domini mei, quia Psal„mus mihi dicit: *Adorate scabellum pedum eius.* Quæro, quid „sit scabellum pedum eius, & „dicit mihi Scriptura: *Terra scabellum pedum meorum.* Fluctuans
Quid sit scabellum pedũ eius. „converto me ad Christum, quia „ipsum quæro hîc, & invenio, „quomodo sine impietate ado„retur terra, sine impietate ad„oretur scabellum pedum ejus. „Suscepit enim de terrâ terram, „quia caro de terra est, & de car„ne Mariæ carnem accepit. Et „quia in ipsa carne hic ambula-

lavit

„lavit, & ipsam carnem nobis „manducandam ad salutem de„dit. Nemo autem illam carnem „manducat, nisi priùs adorave„rit: Inventum est, quemadmo„dum adoretur tale scabellum „Domini pedum, & non solùm „non peccemus adorando, sed „peccemus non adorando. Ecce quomodo ergo nos Catholici sine omni peccato adoremus secundùm doctrinam S. August. Corpus Christi verum etiam ante sumptionem, velut terram & scabellum pedum eius; è contra adversarii non sine peccato contra Augustinum hanc adorationem negligant, imò impiè reprobent.

Caro Christi antequã manducetur, est adoranda.

Et qui non adorat, peccat.

Tom. 8. exposit. 1. in Psal. 21. explicat illud: *Manducaverunt & adoraverunt omnes divites terræ.* Manducaverunt corpus, hu„militatis Domini sui etiam di„vites terræ, nec sicut pauperes „saturati sunt, usque ad imita-

Ps. 21. 30.

tio-

„tionem, sed tamen adoraverunt.

Et Tom. 2. epist. 102. c. 27. ad Honoratum. Neque enim „frustrà ita distincti sunt, ut de „pauperibus suprà diceretur: *E-„dent pauperes, & saturabuntur.* Hic verò: *Manducaverunt & adoraverunt omnes divites terræ.* „Et ipsi, qui adducti sunt ad „mensam Christi, & accipiunt „de Corpore & Sanguine ejus; „sed adorant tantùm, non etiam „saturantur, quoniam non imi-„tantur. Manducantes enim pau-„perem dedignantur esse paupe-„res.

Vers. 27.

Aliqui quidem adorāt sed non satiantur, quia non imitantur Christum.

Item clarè docet S. August. contra adversarios nostros substantiam panis & vini non remanere post consecrationem in Sacramento Eucharistiæ. Nam de Verbis Domini Serm. 28. dicit: Memini sermonis mei, cùm „de Sacramentis tractarem, dixi „vobis, quòd ante verba Chri-

Post Consecrationem nōn est amplius panis usualis sed supersubstantialis.

„sti, quod offertur panis dica-
„tur, ubi Christi verba deprom-
„pta fuerint, jam non panis di-
„citur, sed corpus appellatur.
„Quare ergò in Oratione Do-
„minica, quæ postea sequitur
„ait: *Panem nostrum quotidianum* *Isa. 45.15*
da nobis hodie. Panem quidem
„dixit, sed ἐπιούσιον dixit, hoc est,
„supersubstantialem. Non iste
„panis, qui vadit in corpus, sed
„ille panis vitæ æternæ, qui ani-
„mæ nostræ substantiam fulcit.
Ergò nobiscum adorent Acatho-
lici Christum latentem, qui *est*
verè Deus absconditus, non cum
pane & vino, sed sub speciebus
panis & vini.

Quòd verò sub una tantùm
Specie Christus ipse Eucharistiam
dederit, eademq; sub altera spe-
cie tempore S. Augustini sumpta
fuerit, probatur ex eodem S.
Doctore: nam Tom. 4. de con-
sensu Evangelistarum lib. 3. cap.
25. scribit: Non aliter, quàm e-

rat,

Luc. 24. „rat., *quando apparuit Dominus duobus discipulis euntibus in Emaus*, sed sicut erat apparuit eis, „quorum oculi tenebantur, ne „agnoscerent eum. Non autem „incongruenter accipimus hoc „impedimentum in oculis eorũ „à Sathana factum fuisse, ne a„gnosceretur Jesus sed tamen à „Christo est facta permissio us„que ad Sacramentum panis: ut „unitate corporis eius partici„pata removeri intelligatur im„pedimentum inimici, ut Chri„stus possit agnosci.

Christus distribuit Eucharistiam sub una specie.

Et Tom. 10. de Temp. Serm. 140. *Tenebantur oculi eorum*, sicut audivimus, *ne eum agnoscerent*. Eja fratres ubi voluit Do„minus agnosci? in fractione pa„nis, securi sumus, panem fran„gimus, & Dominum agnosci„mus. Noluit agnosci nisi ibi „propter nos: qui non eum vi„suri eramus in carne, & tamen „manducaturi ejus carnē. Nul-

Luc. 24, 16.

In sola fractione panis aperti sunt oculi.

lam

lam facit hîc mentionem S. Augustinus de sanguine, sed solùm de carne, quæ utique sine sanguini non erat. Nil dicit de vino, sed solùm de pane loquitur, vocatque Eucharistiam Sacramentum panis. Ibidem Serm. 126.
„Cùm benedictum frangeret
„panem aperti sunt oculi eorũ.
„Ergò clausis oculis in viâ cum
„illo comitabantur, & poterant
„scire, ubi gressus ponerent, si
„clausos oculos haberent? A-
„perti sunt ergò ad cognitionẽ,
„non ad visionem. Dominus
„itaque noster Jesus Christus,
„ante panis fractionem ignotus
„loquitur cum hominibus, in
„panis fractione cognoscitur,
„quia ibi percipitur, ubi vita æ-
„terna percipitur. Cùm ergò hîc habeamus exemplum Christi, qui sub una specie secundùm explicationem S. Augustini dedit duobus discipulis corpus suum ad vitam æternam, cur non

idem ritè facere possit Ecclesia Dei?

Maximo etiam argumento est tempore S. Augustini à fidelibus Eucharistiam sumptam sub. una specie, quòd Corpus Christi datum sit viris ad manus, mulieribus autem ad nitida linteamina, ut domum delatam pro sua devotione sumerent.

Tempore Augustini fuit una species data laicis.

Hinc S. Cyprianus qui antiquior est. S. Augustino Ser. de lapsis scribit: quòd, cùm quædam mulier arcam suam, in qua Sanctum Domini fuit, manibus indignis tentâsset aperire, igne indè surgente deterrita sit. Ea propter monet S. August. Tom. 4. de salutaribus documentis c. 33. dicens: Quando illud (Corpus Domini) accipere debemus, antea ad Confessionem & Pœnitentiam recurrere debemus, & omnes actus nostros curiosiùs discutere: & peccata obnoxia, si in nobis senserimus, ci-

„citò festinemus per Confessio-
„nem & veram Pœnitentiam ab-
„luere, ne cum Judâ proditore,
„diabolum intra nos celantes,
„pereamus &c. Igitur mutet
„vitam, ait Augustinus Tom. 10.
Serm. 1. de Tempore, qui vult
„accipere vitam: nam si non
„mutat vitam, ad judicium ac-
„cipit vitam. Et magis ex ipsâ
„corrumpitur, quàm sanetur,
„magis occiditur, quàm vivifice-
„tur. Clarè hic insinuat, quàm
necessariò præmittendum sit Sa-
cramentum Pœnitentiæ.

Ante sumptionē Eucharistiæ currendum est ad Pœnitentiæ Sacramentū.

ARTICVLVS XVII.

De Extremâ Unctione.

HAbet peritorum Medicorum consuetudo, ut per fortiores medicinas depulso morbo, levioribus mediis ac diæteticâ integras restaurent vires, ita Medicus cœlestis animæ morbo laborantibus post asperam pœnitentiæ medicinam sua-

vem ac salutarem ad morbi reliquias tollendas præscripsit diæteticam, nempe Extremam Unctionem, de quâ D. Aug. Tom. 6. de visitatione infirmorum, l. 2. cap. 4. sic scribit. Nec prætermittendum est illud Apost. Ja-
Iac. 5. 14. cobi præceptum: *Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiæ, ut orent super eum, ungentes eum oleo sancto in nomine Domini IESV, & oratio fidei salvabit infirmum.* Ergò sic roges de „te, & pro te fieri, sicut dixit A-„postolus Jacobus, imò per A-„postolum suum Dominus: ipsa „videlicet olei sacrati delibatio, „intelligitur Spiritus sancti ty-„picalis Unctio. Illud etiam vi-„vificum Dominici Corporis „supplementum suscipere fili mi „non renuas.

Tom. 10. de Temp. Ser. 215. dicit: Quoties aliqua infirmitas „supervenerit, Corpus & San-„guinem Christi, ille, qui ægrotat,

„tat, accipiat, & inde corpuscu-
„lum suum ungat, ut illud, quod
„scriptum est, impleatur in eo:
Infirmatur aliquis, inducat Pres- *Iacob. 5.*
byteros, & orent super eum, ungen-
tes eum oleo, & oratio fidei sal-
vabit infirmum & alleviabit eum
Dominus, & si in peccatis sit, di-
mittentur ei. Videte fratres, quia
„qui in infirmitate ad Ecclesiam
„cucurrerit, & sanitatem corpo-
„ris recipere, & peccatorum in-
„dulgentiam merebitur obtine-
„re. Propterea, hortatur nos
August. Tom. 9. de rectitudine
Conversationis; quoties aliqua
„infirmitas occurrerit alicui non
„quærantur præcantatores, non
„sortilegi, non carcarii, neque
„per fontes, aut arbores, aut bi-
„via phylacteria exerceantur.
„Sed qui ægrotat, in solâ Dei
„misericordiâ confidat & Eucha-
„ristiam cum fide & devotione
„accipiat, oleumque benedictũ
„fideliter ab Ecclesiâ petat, unde

Hoc Sacramentum nõ solùm animam, sed & corpus sanat.

Infirmi non petant sortilegos sed Sacerdotes.

„corpus suum ungatur, & se-
„cundùm Apostolum: *Oratio fidei salvabit infirmum & alleviabit eum Dominus*: non solùm
„corporis sed & animæ sanita-
„tem accipiet, complebiturque
„in illo, quod Dominus in Evan-
Matth. 21. 22. „gelio promisit dicens: *Omnia quæcunque petieritis Patrem in nomine meo, in oratione, credentes accipietis.*

Ecce quàm reverentialiter scribat S. Aug. de Extremâ Unctione, quantam ei virtutem atq; efficaciam tribuat, dum & confidit, quòd per eam non solùm animæ, sed & corporis sanitas, ut S. Jacobus insinuat, recuperari possit. Plura, qui desiderat, legat vigesimam Exhortationem in opusculo meo Germanico de Arte benè moriendi, inveniet in eâ satis multa & specialiter, quòd Extrema Unctio sit verum Ecclesiæ Dei Sacramentum.

AR-

ARTICVLVS XVIII.

De Sacramento Ordinis.

ORdinem, quo legitima Sacramentorum conficiendi dispensandique potestas traditur legitimum esse Ecclesiæ Sacramentum ex Augustini subjunctis intelliges Lector, Tom. 7. de Baptis. contra Donat. lib. 1. c. 1. hæc scribentis: Sacramentum „Baptismi est, quòd habet, qui „baptizatur, & Sacramentum „dandi Baptismi est, quòd habet, „qui ordinatur. Sicut autem ba„ptizatus, si ab unitate recesse„rit, Sacramentum Baptismi non „amittit: sic etiam ordinatus, si „ab unitate recesserit, Sacramẽ„tum dandi Baptismi non amit„tit. Nulli enim Sacramento in„juria facienda est: si discedit à „malis, utrumque discedit: si „permanet in malis, utrumque „permanet. Sicut ergò accepta„tur Baptismus, quem non po-

Ordinẽ vocat S. Aug. Sacramentum dandi Baptismi.

„tuit amittere, qui ab unitate
„discesserat: sic accipiendus est
„ille, qui Sacramenti dandi po-
„testatem cum discederet, non
„amiserat. Nam sicut redeuntes,
„qui priusquam recederent, ba-
„ptizati sunt, non rebaptizan-
„tur, ita redeuntes, qui priusquã
„recederent, ordinati sunt, non
„utique rursum ordinantur, sed
„aut administrant, quod admi-
„strabant, si hoc Ecclesiæ utilitas
„postulet, aut si non admini-
„strant, Sacramentum Ordina-
„tionis suæ tamen gerunt, & id-
„eô eis manus inter laicos non
„imponitur.

Hoc Sacramentum nõ reiteratur.

Idem confirmat. Tom. 6. de bono conjugali cap. 24. his verbis: Si fiat Ordinatio Cleri ad
„plebem congregandam, etiam-
„si plebis congregatio non sub-
„sequatur, manet tamen in illis
„ordinatis Sacramentum ordi-
„nationis: & si aliquâ culpâ quis-
„quam ab officio removeatur,

Sa-

„Sacramento tamen ſemel im-
„poſito, non carebit, quamvis ad
„judicium permanente.

Tom. 4. quæſt. ex veteri Teſtamento quæſt. 46. docet Sacerdotes fieri in Novo Teſtamento non Baptiſmo ſeu ſanctitate, ſed ordinatione. Nam ali-
„ud eſt, ait, benè vivere, & aliud
„poteſtatem alicujus officii ac-
„cipere. Sicut enim qui eſt Sa- *Sacerdotes,*
„cerdos, non ex eo, vitam ſuam *non à ſan-*
„commendatam putare debet; *ctitate, ſed*
„ita & qui ſanctæ converſationis *poteſtatem*
„& vitæ eſt, non jam ex eo ſibi *accipiunt*
„Sacerdotium vendicare debe- *ab ordina-*
„bit. Quamvis enim bonum ſit *tione.*
„Sacerdotium, tamen malum e-
„rit ei, cui conceſſum non eſt,
„& præſumit &c.

Ibidem quæſt. 11. Dictum eſt *Num. 6.*
„à Deo in Numeris ad Moyſen
„& Aaron Sacerdotes. Vos po-
„nite nomen meum ſuper filios
„Iſraël, ego Dominus benedicã
„eos: ut gratiam traditio per mi-

„nisterium ordinantis transfundat hominibus, nec voluntas „Sacerdotis obesse aut prodesse „possit, sed meritum benedictionem poscentis. Quanta autem „sit dignitas Ordinis Sacerdotalis hinc advertamus. Dictum „est enim de nequissimo Caipha „interfectore Salvatoris inter „cætera. *Hoc autem à semetipso non dixit: sed cùm esset Princeps Sacerdotum anni illius, prophetavit.* Per quod ostenditur Spiritum gratiarum non personam „sequi, aut digni, aut indigni, sed „ordinationem traditionis; ut „quamvis aliquis boni meriti sit, „non tamen possit benedicere, „nisi fuerit ordinatus, ut officiũ „ministerii exhibeat: Dei autem „est, effectum tribuere benedictionis.

Ioann. 11. 51.

Donum benedicendi seu prophetandi habet ab Ordinatione.

Nam per Ordinationem datur Spiritus sanctus, ac proinde non frustra dicitur ab Episcopo: *Accipe Spiritum sanctum.* Ut pro-

probat S. August. Tom. 4. quæst. ex Novo Testamento quæst. 93. „Illud autem, quod insufflâsse in „discipulos Dominus legitur „post dies paucos resurrectionis „suæ & dixisse: Accipite Spiritũ „sanctum, Ecclesiastica potestas „collata intelligitur esse. Quia „enim omnia in traditione Do- „minica per Spiritum sanctum „aguntur, idcircò cùm regula „eis & forma traditur hujus di- „sciplinæ, dicitur eis: *Accipite Spiritum sanctum.* Et quià verè „ad jus Ecclesiasticum pertinet, „statim subjecit dicens: *Cuius tenueritis peccata, tenebuntur, & cuius remiseritis, remittentur ei.* „Inspiratio igitur hæc gratia „quædam est, quæ per traditio- „nem infunditur ordinatis, per „quam commendationes habe- „antur. Unde Apostolus dicit ad Timotheum. *Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi, per impositionẽ manuum Pres-*

Ecclesiastica potestas traditur per Spiritum sanctum

Ioann. 20. 23.

1. Timoth. 4. 14.

Sicut in Baptismo Christi Spiritus sanctus fuit visibiliter datus, ita invisibiliter datur iam post Baptismum in Ordine.

byterii. Semel ergò fieri oportuit ut de cætero traditio ista non sine dono Spiritus sancti esse crederetur. Sicut enim in Salvatore forma data est visibiliter, ut post Baptismum Spiritus sanctus credentibus de cætero invisibiliter dari non ambigeretur: ita & in supradictâ causâ forma data est in principio, ut ex eo traditioni Ecclesiasticæ Spiritus sanctus infusus credatur, &c.

Officiũ Episcopi & Sacerdotis est verbũ Dei proferre & offerre oblationem.

Episcoporũm & Presbyterorum officium est, Verbum Dei proferre, & offerre oblationem. Sic enim habet August. Tom. 2. Epist. 148. ad Valerium: Tunc „ordinatus sum, cùm de ipso actionis tempore ad cõgnoscendas divinas Scripturas cogitaremus, & sic nos disponere vellemus, ut nobis otium ad hoc negotium, posset esse. Et quòd verum est, nondum sciebam, quòd mihi deesset ad tale opus,

qua-

„quale me nunc torquet & „conterit. Quòd si propterea „in re ipsâ didici, quid sit ho- „mini necessarium, qui populo „ministrat Sacramentum & ver- „bum Dei, ut jam non mihi „liceat assequi, quod me nón ha- „bere cognovi. Videant jam Acatholici Præcones, quomodo verbum Dei proponere & Sacramentum administrare valeant, cùm à nullo Episcopo per traditionem Ecclesiasticam ordinati sint. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* ait Paulus. *Rom.* 10. 15. Non sunt legitimè missi, seu vocati, ergò inanis est eorum prædicatio, & multò magis administratio Sacramenti.

ARTICVLVS XIX.

De Matrimonio.

TAndem ad honorabile conjugium, quo humani generis successio conservatur, noster decurrit sermo fusiùs ex Augu-

stino

stino ostendens & hoc Ecclesiæ Sacramentis adnumerandum esse. Primus igitur ex eodem sit locus Tom. 6. de bono conjugali c. 7. ubi sic scribit: Sed quia „continentia illa meriti amplioris est, reddere verò debitum „conjugale nullius criminis est, „exigere autem ultra generandi „necessitatem culpæ venialis; „fornicari verò vel mœchari, „puniendi criminis: cavere debet charitas conjugalis, ne dum „sibi quærit, unde ampliùs honoretur, conjugi faciat, unde „damnetur. Qui enim dimittit „uxorem suam exceptâ causâ „fornicationis facit eam mœchari, usque adeò fœdus illud „initum nuptiale, cujusdam Sa„cramenti res est, ut nec ipsâ „separatione irritum fiat. Idem confirmat ibidem, cap. 15. Se„mel initum connubium in ci„vitate Dei nostri, ubi etiam ex „primâ duorum hominum copu-

Continentiâ amplioris meriti est, quàm coniugium.

Matth. 5. 19.

pu-

„pulâ quoddam Sacramentum
„nuptiæ gerunt, nullo modo po-
„test dissolvi.

Idem tria bona agnoscit in Matrimonio, dũ Tom. 3. de Gen. ad litt. lib. 9. cap. 7. scribit: Bonũ „in Matrimonio tripartitum est, „fides, proles, Sacramentum: In „fide attenditur, ne præter vin- „culum conjugale, cum alterâ „vel altero concumbatur. In „prole, ut amanter suscipiatur, „benignè nutriatur, religiosè e- „ducetur. In Sacramento autem, „ut conjugium non separetur & „dimissus aut dimissa nec causâ „prolis alteri conjungatur. *Tria bona sunt in Sacramento Matrimonii.*

Ideò autem Matrimonium secundùm Paulum Sacramentum magnum est, quia est signum conjunctionis Christi cum Ecclesia, ut probat Augustinus, Tom. 4. lib. 65. quæstion. quæst. 46 dicens: Quomodo intelli- „gendum est, quod dicit Adam: *Quamobrem relinquet homo Pa-* *Gen. 2. 24.*

trem

trem & Matrem, & adhærebit uxori suæ &c. Beatus Apostolus ,,Paulus hoc capitulum sibi po- ,,nens exposuit dicens: *Sacramentum hoc magnum est, Ego autem dico in Christo & in Ecclesia.* ,,Sed quomodo reliquit Patrem ,,consubstantialem sibi? Et post ,,pauca. Quomodo ergò dereli- ,,quit Patrem, ut adhæreret uxo- ,,ri suæ, id est, Ecclesiæ suæ: nisi ,,illo modo, quo Apostolus di- ,,xit: *Qui cùm in formâ Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens?* ,,Ipsa ergò formæ servilis acce- ,,ptio, est exinanitio, & ipsa exi- ,,nanitio, quanquam non sit di- ,,vinitatis abolitio aut naturæ a- ,,missio, tamen propter formam ,,servi, in quâ dignoscitur appa- ,,ruisse, jure dicit Apostolus, Pa- ,,trem reliquisse. Reliquit & ,,matrem, scilicet synagogam, ,,Veteri Testamento carnaliter in-

Est magnū Sacramentum.

Ephes. 5. 32.

Philipp. 2. 6.

Quomodo Christus reliquerit Patrem & matrem, & adhæsit uxori suæ.

,,inhærentem, & adhæsit uxori
,,suæ, id est, Ecclesiæ suæ sanctæ.
,,ut pace Novi Testamenti essent
,,duo in carne una.

Idem pluribus explicat Aug. Tom. 1. de Genesi contra Manich. lib. 2. cap. 24. Dicit enim
,,Apostolus, Sacramentum ma-
,,gnum esse, quod dictum est,
propter hoc relinquet homo patrē & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne unā. *Ephes. 5. 32.*
,,Quod ipse interpretatur subji-
,,ciendo: Ego autem dico in
,,Christo & in Ecclesia. Ergo
,,quod per historiam impletum
,,est in Adam, per prophetiam
,,significat Christum, qui reliquit
,,Patrem, cùm dicit: *Ego à Pa-*
tre exivi & veni in hunc mundū.
Quomodo Christus à Patre exiverit.
Ioann. 16. 28.
,,Sed non loco reliquit, quia
,,Deus loco non continetur; ne-
,,que aversione peccati, sicut a-
,,postatæ relinquunt Deum: sed
,,apparendo hominibus in ho-
,,mine, *cùm Verbum caro factum* *Ioan. 1.*

est,

est, & habitavit in nobis. Quod
„ipsum non commutationem
„naturæ Dei significat, sed susce-
„ptionem naturæ inferioris per-
„sonæ, id est, humanæ. Ad hoc
„valet etiam, quod dicitur: *se-*
Philipp. 2. 1. *metipsum exinanivit*, quia non
„apparuit in ea dignitate homi-
„nibus, in qua est apud Patrem,
„blandiens eorum infirmitati,
„qui cor mundum nondum ha-
„bebant. Quid est ergò quòd di-
„ximus, reliquit Patrem: nisi re-
„liquit apparere hominibus, sic-
„uti est apud Patrem? Item reli-
„quit matrem, id est synagogæ
„veterem atque carnalem obser-
„vantiam, quæ illi mater erat ex
„semine David secundùm car-
„nem, & adhæsit uxori suæ, id
„est, Ecclesiæ, ut sint duo in car-
„ne una.

Christus reliquit Synagogam tanquam matrem & adhæsit Ecclesiæ veluti uxori.

Tom. 4. lib. 1. de Serm. Do-
mini in monte cap. 14. docet
conjugatos ex mutuo consensu
laudabiliter castè vivere & à co-

pu-

pulâ matrimoniali ſe continere. *Non dimittit coniugẽ, qui cum eâ non carnaliter ſed ſpiritualiter vivit.*
„Beatiora ait, ſanè conjugia ju-
„dicanda ſunt, quæ ſive filiis
„procreatis, ſive etiam iſta ter-
„rena prole contemptâ, conti-
„nentiam inter ſe pari conſenſu
„ſervare potuerunt, quòd neque
„contra illud præceptum ſit, quo
„Dominus dimitti conjugem
„vetat. Non enim dimittit, qui
„cum eâ non carnaliter ſed ſpi-
„ritualiter vivit, & illud ſerva-
„tur, quod per Apoſtolum dici-
„tur: *Reliquum eſt, ut qui habent* 1. Cor. 7.
uxores, quaſi non habentes ſint.

Si ſeparentur conjuges propter fornicationem, neutri licet, etiam innocenti, quamdiu alter vivit, alteri matrimonio copulari, clarè hoc docet Aug. Tom. 6. de adult. Conjug. lib. 1. cap. 21. & 22. Mulier ſub viro, vivo
„marito, juncta eſt legi, & viven- 1. Cor. 7.
„te viro vocabitur adultera, ſi
„fuerit cum alio viro, quoniam
„mulier alligata eſt, quamdiu

vir

Marc. 10. ,,vir ejus vivit. Unde si uxor dimiserit virum suum, & alii nupserit, mœchatur, & qui dimissam à viro duxerit, mœchatur. ,,Ideoque ex eodē præcepto Domini & vir uxorem non dimittat, *quoniam qui dimiserit uxorem suam præter causam fornicationis facit eam mœchari*, sed si ,,propter hanc causam dimiserit, ,,etiam sic ipse maneat. Omnis enim qui dimittit uxorem ,,suam & ducit alteram, mœchatur. Hæc constituta Domini ,,sine ulla retractatione servanda sunt.

Matth. 5. 11.

Vir dimissa uxore propter fornicationem non debet aliam ducere.

Sed consulamus Apostolum, ,,ne quid temerè dicamus iis, ,,qui sunt in conjugio, *præcipio* inquit, *non ego, sed Dominus: Vxorem à viro non discedere, quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari.* ,,Potest enim fieri, ut discedat ,,eâ causâ, quâ Dominus permisit. Aut si fœminæ licet virū di-

1. *Cor* 7. 10.

Par est viri & uxoris ratio in di-

„dimittere, etiam præter causam „fornicationis, & non licet viro, „quid respondebimus de hoc, „quòd dixit posterius, & vir u-„xorem non dimittat? Quare „non addidit excepta causa for-„nicationis, quòd Dominus per-„mittit? nisi quia similem for-„mam vult intelligi, ut si dimi-„serit, quòd causa fornicationis „permittitur, maneat sine uxo-„re, aut reconcilietur uxori. „Non enim malè reconciliare-„tur vir illi mulieri, quam cum „lapidare nemo ausus esset, di-„cit ei Dominus: *Vade & vide deinceps ne pecces.* Tom. 4. de Serm. Dom. in monte lib. 1. cap. 26.

vortio faciendo atque in obligatione novũ matrimonium non cõtrahendi.

Ioan. 8. 11.

Verùm quia scio aliquos Acatholicos propter textum illum, excepta fornicatione, ait enim expressè Dominus: *Omnis qui dimiserit uxorem suam exceptâ fornicationis causa, facit eam mœchari*, malè & ignoranter permitte-

Matth. 5. 32.

re

re viro aliam ducere, ſic conſultum duxi explicationem huius loci adducere ex S. Auguſtin. Tom. 6. de adulter. conjug. lib. 1. cap. 8. & 9. ubi pluribus ſic loquitur: Illud ergò, quod Do-
„minus, non quidem in ſermo-
Matth. 5. „ne ipſo, qui exponebatur à no-
„bis, ſed tamen alibi ait: *Quicunque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ex causâ fornicationis & aliã duxerit, mœchatur.* Si hoc modo
„intelligendum eſt, ut quicunq;
„causâ fornicationis dimiſerit
„& aliam duxerit, non mœche-
„tur, non videtur in hac causâ
„par forma eſſe mariti & uxoris:
„quandoquidem mulier etiamſi
„cauſa fornicationis diſceſſerit à
„viro & alii nupſerit, mœchatur:
„vir autem ſi eâdem causâ uxo-
„rem dimiſerit & aliam duxerit,
„non mœchatur. At ſi par for-
„ma eſt in utroque, uterq; mœ-
„chatur, ſi ſe alteri junxerit: eti-
„am cùm à ſe fornicante disjun-

Interpoſuit Dominus in dimiſſione uxoris, cauſam fornicationis, ut prohibito leviori adulterio, eius ſcilicet, qui adulteram dimittit, & alterã ducit, intelligatur prohiberi, quod gravius eſt,

xe-

„xerit: Parem verò esse formam
„in hac causa viri atque mulie-
„ris, ibi ostendit Apostolus,
„quod sæpè commemorandum
„est. ubi cùm dixisset: *Vxor non habet potestatem corporis sui, sed vir.* Adjecit, atque ait: *Similiter & vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier.* Cur ergò,
„inquis, interposuit Dominus &
„causam fornicationis, & non
„potius generaliter ait: Qui-
„cunque dimiserit uxorem suam
„& aliam duxerit, mœchatur, si
„& ille mœchatus est, qui dimis-
„sa fornicante muliere alteram
„ducit? Credo, quia illud, quod
„maius est, hoc Dominus com-
„memorare voluit. Majus enim
„adulterium esse, quis negat, u-
„xore non fornicante dimissâ,
„alteram ducere, quàm si forni-
„cantem quis dimiserit, & tunc
„alteram duxerit: non quia & il-
„lud adulterium non est, sed
„quia minus est, ubi fornicante
di-

scilicet illius, qui non propter adulteriũ, sed ob aliã causam dimittit, & aliã ducit.

1. Cor. 4. 7.

Matth. 5.

„dimissa altera ducitur? Nam si-
„mili locutione usus etiam Apo-
„stolus Jacobus ait: *Scienti ergò bonum facere & non facienti, peccatum est illi.* Nunquid ideò non
„peccatum est illi, qui nescit bo-
„num facere, & ideo non facit?
„utique peccatum est, sed hoc
„gravius, si etiam sciat & non
„faciat, nec illud ideò nullum,
„quia minus. Ut ergo eodem
„modo utrumque dicamus, sicut
„quicunque dimiserit uxorem,
„excepta causa fornicationis &
„aliam duxerit, mœchatur: ita
„quicunque scit bonum facere,
„& non facit, peccat. Sed quem-
„admodum hîc rectè dici non
„potest: ergò si nescit non pec-
„cat: Sunt enim peccata igno-
„rantium, quamvis minora, quā
„scientium: ita nec illic rectè di-
„ci potest, ergò si causa fornica-
„tionis dimiserit, & aliam duxe-
„rit, non mœchatur. Est enim
„mœchatio etiam eorum, qui
alias

Maior est mœchus qui dimittit uxorem

„alias ducunt , relictis propter
„fornicationem prioribus: sed
„utique minor quàm eorum,
„qui non propter fornicationẽ
„dimittunt & alteras ducunt.
„Potest quippe, sicut dictum est
„scienti bonum facere & non
„facienti, peccatum est illi, eo-
„dem modo & illud dici, dimit-
„tenti uxorem sine causâ forni-
„cationis & aliam ducenti, mœ-
„chatio est illi. Quemadmodum
„ergò si dixerimus: quicunque
„mulierem à marito præter cau-
„sam fornicationis dimissam du-
„xerit, mœchatur, procul dubio
„verum dicimus; nec tamen id-
„cò illum, qui propter causam
„fornicationis dimissam duxe-
„rit, ab hoc crimine absolvimus,
„sed utrosque mœchos esse mi-
„nimè dubitamus: ita eum qui
„præter causam fornicationis u-
„xorem dimiserit, & aliam du-
„xerit, mœchum pronuntiamus,
„nec ideo tamen eum, qui pro-

non propter fornicationẽ & aliam ducit, quàm qui propter fornicationem.

„pter causam fornicationis dimi-
„serit & alteram duxerit ab hu-
„jus labe peccati defendimus.
„Ambos enim, licet alterum al-
„tero graviùs, mœchos tamen
„esse cognoscimus. Neq; enim
„quisquam ita est absurdus, ut
„mœchum neget esse, qui duxe-
„rit eam, quam maritus propter
„causam fornicationis abjecit,
„cùm mœchum dicat eum qui
„duxerit eam, quæ præter causã
„fornicationis abjecta est. Sic
„ergò ambo isti sunt mœchi. Un-
„dè cùm dicimus: quicunque
„mulierem præter causam for-
„nicationis, à viro dimissam du-
„xerit, mœchatur: de uno qui-
„dem ipsorum dicimus, nec ta-
„men ideo mœchari negamus,
„qui eam duxerit, quam propter
„causam fornicationis maritus
„dimiserit. Ita cùm ambo sint
„mœchi & ille scilicet, qui dimi-
„serit uxorem suam præter cau-
„sam fornicationis & aliam du-

Mœchus etiam est, qui ob fornicationem dimissam ducit.

xerit,

„xerit,& ille,qui propter caufam
„fornicationis uxore dimiſsâ ſe
„alteri copulaverit: profectò
„quando de uno eorum legi-
„mus,non ita intelligere debe-
„mus,quaſi ex hoc alter mœchus
„negatus ſit,quòd alter expreſ-
„ſus ſit. Sed ſi hoc Evangeliſta *Matth.* 5.
„Matthæus, qui expreſsâ unâ *&* 9.
„ſpecie alteram tacuit, facit in- *Alii Evan-*
„telligendum difficile, nunquid *geliſtæ hoc*
„non alii generaliter id ipſum *clariùs af-*
„ita complexi ſunt, ut de utroq; *firmant.*
„poſſit intelligi: nam ſecundùm *Marc.* 10.
„Marcum ſic ſcriptum eſt. *Qui-
cunque dimiſerit uxorem ſuam &
aliam duxerit, adulterium com-
mittit ſuper eam: & ſi uxor dimi-
ſerit virum ſuum & alii nupſerit,
mœchatur.* Secundùm Lucã ſic: *Luc.* 16.
Omnis qui dimittit uxorem ſuam, 19.
*& alteram ducit, mœchatur: &
qui dimiſſam à viro ducit,mœcha-
tur.* Qui ergò nos ſumus, ut di-
„camus. Eſt qui mœchatur, u-
„xore ſuâ dimiſsâ, alteram du-

„cens: & eſt, qui hoc faciens non
„mœchatur, cùm Evangelium
„dicat, omnem mœchari, qui
„hoc facit? proinde ſi quicunq;
„hoc fecerit, ut uxore ſuâ dimiſsâ
„alteram ducat, mœchatur: ſine
„dubio ibi ſunt ambo, & qui
„præter & qui propter cauſam
„fornicationis dimittit uxorem.
„Hoc eſt enim, quicunque dimi-
„ſerit: hoc eſt omnis, qui dimit-
„tit. Ex his ſatis Acatholicis
innoteſcere reor, quanto ſcelere
ſeſe polluant, dum fornicatio-
nis causâ dimiſsâ uxore contra
expreſſam ſacroſancti Evangelii,
& S. Auguſtini doctrinam aliam
ſibi nefariè ſociant. Et ſi horum
ſex Articulorum doctrinam Au-
guſtinianâ mente recolegerint,
agnoſcent ſecundùm ipſius men-
tem eſſe ſeptem Eccleſiæ Sacra-
menta, quare calamus prope-
rat ad alia.

* * *

AR-

ARTICVLVS XX.

De Cœlibatu, & statu Religioso.

DUm inaudis lector nomen Cœlibatus, non quid terrenum sed cœleste omineris velim, spectatâ enim etymologia neminem cœlibem dixeris, nisi eum qui cœlestem agit vitam, qui relictâ carnis ac prolium in carne curâ cum Angelis conversatur in cœlis sine carne. De cujus laudabili statu Tom. 6. de Virgin. Sanct. cap. 12. sic scriptum ab Augustino habes, Ha„beant conjugia bonum suum, „non quia filios procreant, sed „quia honestè, quia licitè, quia „pudicè, quia socialiter procre„ant, & procreatos pariter, salu„briter, instanter educant, quia „thori fidem invicem servant, „quia Sacramentum connubii „non violant. Hæc tamen om„nia humani officii sunt mune-

Coniugium humani officii munus est. Virginalis verò integritas Angelica portio.

„ra; virginalis autem integritas „& per piam continentiam ab „omni concubitu immunitas, „Angelica portio eſt, & in carne „corruptibili incorruptionis per-„petuæ meditatio. Cedat huic „omnis fœcunditas carnis, om-„nis pudicitia conjugalis. Et „poſt pauca: profectò habebunt „magnum aliquid præter cæte-„teros in illâ communi immor-„talitate, qui habent aliquid jam „non carnis in carne.

Tom. 5. de Civit. Dei lib. 15. cap. 26. ait: Poſſunt etiam (in eo, quòd Arca Noe alibi tricamerata fuiſſe ſcribitur) tres illæ u-„bertates Evangelicæ intelligi „tricena, ſexagena, centena. Ut „in infimo habitet pudicitia „conjugalis, ſuprà vidualis, atque „hâc ſuperior virginalis: & ſi „quid melius ſecundùm fidem „civitatis hujus intelligi & dici poteſt.

Gen. 6.

Matth. 13.

Status Virginitatis ſuperat alios.

Tom. 6. de Sancta Virginitate cap.

cap. 23. ita commentatur: Di-
„xerunt ei Discipuli: *Si talis est causa cum uxore, non expedit nubere.* Quibus ille: *Non omnes,* inquit, *capiunt verbum hoc: sunt enim spadones, qui ita nati sunt: sunt autem alii, qui ab hominibus facti sunt, & sunt spadones, qui se ipsos castraverunt propter regnum cœlorum: qui potest capere, capiat.*
„Quid veraciùs, quid lucidius dici potest? Christus dicit, Veritas dicit, Virtus & Sapientia Dei dicit, eos, qui pio proposito ab uxore ducenda se continuerint, castrare se ipsos propter regnum cœlorum: econtrà humana vanitas impia temeritate contendit, eos qui hoc faciunt, præsentem tantummodo necessitatem molestiarum conjugalium devitare: in regno cœlorum amplius quicquam cæteris non habere. Egregiè hic reprehensos vides carnales Acatholicorum Prædicantes,

Mat. 19. 10.

Qui se propter regnũ Dei castraverunt, aliquid amplius, quàm cæteri in regno cœlorum habebunt.

tes, qui omni virginitate & castimonia à se ipsis proscripta, omnes ad olida carnis suæ vestigia legenda, carnalesque nuptias ineundas pertrahere conantur, contra expressam S. Augustini doctrinam & mentem has virginitati præferentes: nam Tom. 4. de bono viduitatis cap. 15. sic habet. Continentiam coniugio „præponimus, sanctam verò „virginitatem etiam continen„tiæ viduali. Et in hoc Lutherani nostri obsequentes se profitentur Joviniani hæretici discipulos ac sectatores, de quo scribentem Augustinum Tom. 6. de hæresi 82. subnecto, sic enim effatur: Virginitatem etiam San„ctimonialium & continentiam „sexus virilis, in Sanctis eligen„tibus cœlibem vitam, conju„giorum castorum atque fide„lium meritis (Jovinianus) adæ„quabat. Ita ut quædam Virgi„nes sacræ provectæ jam ætatis in

Lutherani conveniunt cum Ioviniano.

„in urbe Roma, ubi hæc doce-
„bat, eo audito, nupsisse dican-
„tur. Non sanè ipse vel habebat,
„vel habere volebat uxorem,
„quòd non propter aliquod a-
„pud Deum maius meritum in
„regno vitæ perpetuæ profutu-
„rum, sed propter præsentem
„necessitatem, ne homo conju-
„gales patiatur molestias, dispu-
„tabat. Citò tamen ista hæresis
„oppressa & extincta est, nec us-
„que ad deceptionem aliquorũ
„Sacerdotum potuit pervenire.
Multum in hoc vicit Lutherus Jovinianum, & utinam illius tam citò quàm huius hæresis extincta fuisset, tunc non tot Sacerdotes & sacras virgines è subli-miori statu ad nuptias & secum ad æternam damnationem traxisset. *Vicit Lutherus Iovinianum.*

Similia habet August. Tom. 1. lib. 2. Retract. c. 22. Jovinia-
„na hæresis sacrarum virginum
„meritum æquando pudicitiæ

H 5 con-

„conjugali, tantum valuit in ur-
„be Româ, ut nonnullas etiam
„sanctimoniales, de quarum pu-
„dicitia suspicio nulla præcesse-
„rat, dejecisse in nuptias dicere-
„tur, hoc maximè argumento,
„cùm eas urgeret, dicens: Tu
„ergò melior quàm Sara, meli-
„or quàm Susanna, sive Anna? &
„cæteras commemorando testi-
„monio sacræ Scripturæ com-
„mendatissimas fœminas, quibus
„se illæ meliores vel etiam pa-
„res cogitare non possent. Hoc
„modo etiam virorum Sancto-
„rum cœlibatum commemora-
„tione Patrum coniugatorum
„& prędicatione frangebat. Huic
„monstro sancta Ecclesia, quæ
„ibi est, fidelissimè ac fortissimè
„restitit. Ecce quàm egregius sit
S. August. propugnator conti-
nentiæ & virginitatis contra
hæreticos, qui constantissimè
docet, rectè continentiam Deo
voveri ac promitti, factumque

Astutia hæreticorũ.

vo-

votum fidelissimè servandum esse hinc Tom. 2. epist. 45. ad Armentarium dicit: Jam vovisti, jam
„te obstrinxisti, aliud tibi facere non licet. Priusquam esses
„voti reus, liberum fuit, quo esses inferior, quamvis non sit
„gratulanda libertas, qua fit, ut
„non debeatur, quod cum lucro
„redditur. Nunc verò quia tenetur apud Deum sponsio tua,
„non te ad magnam justitiam
„invito, sed à magna iniquitate
„deterreo. Non enim talis eris,
„si non feceris, quod vovisti, Sap. 8.
„qualis mansisses, si nihil tale vo-
„visses. Minor enim tunc esses,
„non peior. Modò autem tantò
(quod absit) miserior, si fidem
„Deo fregeris: quantò beatior,
„si persolveris. Nec ideo te vo-
„visse pœniteat, imò gaude jam
„tibi sic non licere, quod cum
„tuo detrimento licuisset. Ag-
„gredere itaque intrepidus &
„dicta imple factis: Ipse adjuva-

